4

7/6

XVth century 2nd ?

Dresden

O

33

Dresden

BOSTON PUBLIC LIBRARY
Ubi mel, ibi Apes.

E.P.B.

Case 13.

42411.

Yperiore tempore Serenissime Rex: cum apud maie
statem tuam. Inclitu senatu ueneti ussu annum ferme
in urbe Neapoli peregissem: satis intelligere potui
multisq; rationibus coniecturam facile feci: q̄ gratū
q̄q; acceptum amplitudini tue foret: si Onosandri librum: quem
grece ad Q. Veranium de optimo imperatore conscripsit: et nō
indeganter composuit. Latinum ipse efficerem. Arduum profecto et
ex omni parte difficile mihi negocium: quodq; non simul incipere
atq; absoluere commode possim sue re. rem ipsam intueor: diffi
cillimam prorsus comperio: quippe que et uerba non in elabora
re delecta eademq; non temere posita: et locos aut uulgares con
tinere uidetur. In quibus latine explicandis orationis nitor ducen
di cultus atq; cōmoditas: non nihil demq; eruditionis atq; ingenij
plane desideratur. sue maiestatem tuam considero: cui hec na
uanda est opera: longe id difficilius ui e potest existimari.
Quando tibi regi amplissimo et eque sapientissimo seruiendum
esse intelligo: cuius in omni re exactum iudicium, ut acerrimū
sta quoq; grauissimū haberi et esse longo iam experimento: atq;
plurimarum et maximarum rerum uarietate comprobatum: inter
omnis mortales conuenit Accedit ad hec quo potissimum detere
ri possim. Q. si ego sim qui ingenio doctrina, lingua, tum grece
tum latine uel nihil uel parum ualeo. Vicit tamen tot tamq; dif
ficultates: et me tamq̄ horum omnium oblitum ad omnis suscipi
endum pepulisse uidetur animi mei quidam affectus et in maie
statem tuam intima obseruantia hortante maxime et propemo
dum perficundi spem suggerente humanissimo atq; doctissimo
uiro: celsitudinis tue obseruantissimo et glorie laudumq; tuarū
studiosissimo Antonio pamphormita. Eo demum alacrior rem
huiusmodi sum aggressus q̄ compertum iam explorumq; habeo
quid tuer maiestati gratum acceptumq; fecero eque id gratum
illustrissimo senatui ueneto fore: pro eius in maiestatem tuam

amore: proq̄ mutua et ueterrima benuolentia uestra. En uaq̄ magnanime Rex Onosandrum ipsum in gratiam tuam latinū effectum: tue amplitudini offero: cuius non tantopere uerba: q̄ sententias accurate secutus sim. Ita .x. sentio Interpretandi munus sententiarum integritate magis ac fides seruari posse q̄ uerborum tantum exactiore conuersione. Quando presertim non eadem semper cōmode caput lingua latina quorum greca est capax: nisi modum apte adhibeas. Quo fit ut sepe que grece quis lepidiuscule dixerit et composite eadem ipsa ubi latine dicere opus sit: si plus equo pauloq̄ curiosius uerbis indulseris: non modo sensum peruerteris: uerum etiam inconcinne et barbare locutus uideri possis. Quasobres non tam uerbis singulis obstinatus transferendis: mihi duxi elaborandum q̄q̄ ut res quas ille grece commode atq̄ pulchelle contexuisset: has equidem latine haud imus absurde redderem presertim q̄ maiestati tue non cupiam grece discere cupienti: obsequi oportere animaduerti. Ille .x. fortassis quisquis est: uerbum de uerbo traduci mallet tibi res audire potius cordi est. Ceterum de grauitate doctrina pericia dicerem onosandri nisi id ommno superuacaneum arbitraretur: ex ipso .x. ordine libri atq̄ ipso materie tractu facile id percipi atq̄ cognosci potest. Vbi imparatorem optimum primo diligenter descripsit: deinde quidquid ad officium eius recte ueniret: loco expressit. Vt omnis inde ratio belli non modo inchoandi: uerum quoq̄ gerendi conficiē diq̄ plane haberi queat: siue .x. militesq̄ deligas atq̄ in ordines redigere uelis: siue copias instruas atq̄ educas siue uter facere et agmen mouere constituas siue castra ponas: siue insidias locis: siue populeris: siue proelium ineas: siue urbem obsideas siue machinamēta admoueas menibus: siue oppugnes: expugnes diripias: siue in deditionem accipias in quacūq̄ rerum uarietate: rebus singulis precepta aptissime dari comperies

Quequidem eo pacto rex sapientissime leges: non tamq̃ aliquid in
de nouum inauditum ue tibi comparet. Sed ut singularem
atqz egregiam tuam omnium rerum peritiam exemplis vete
rum agnoscas: et auctoritate maiorum confirmes. Quis. ꝛc.
in omni genere belli proelijs: oppugnationibus naualibus quoqz
pugnis te peritior imperator: uel unq̃ fuit: uel esse pacto aliq
potest: quis fortior: quis prudentior? quis cautior: quis prorsus
integrior sanctior: quis perseuerantior: quis demũ inuicto⁹ et
debellato⁹ clementior: cuius tam magna facinora extant: adeo
regiam amplitudinem tuam: imperatorijs consilijs tropheis, tri
umphis, illustribus uictorijs exornasti: ut res geste tue satis
abundeqz ad rationem rei militaris magnifice conscribendam:
et nomen tuum īmortalitati comendandum affatim suppe
tere possint. Eque ꝛc. et res a Beste geste auctoritate atqz amplitu
dine regia illustrantur: et dignitas ac maiestas ipsa rerum
gestarum celebritate et gloria decoratur. Sed iam onosandri
ipsum audiamus.

Onosander ad. Q. Veranium de optimo impatore: eiusqz officio
per Nicolaum sagundinum e greco in latinum traductus.

Quitandi aut uenandi piscandi deniqz uel agros co
lendi disciplinam et leges: ad illos editi oportere exi
stimo: qui huiusmodi rerum studio uehementer ob
lectari solent. Impatorij uero mumeris contemplan
di rationem. Q. veranni. Romanis potissimum arbitror conuẽire:
ijs presertim qui auctoritate senatoria prestant. Iudicio prete
rea diui Cesaris augusti ob huius muneris egregiam disciplinã
et singularem plurimarum maximarumqz rerum peritiam ma
iorum quoqz suorum dignitatem et nomen: consularibus atqz
imperatorijs honoribus insignit sunt: ijs itaqz id operis in primis
censeo dedicandum: non tamq̃ imperandi et copias ductitandi

ignariſ. Quum eo maxime ad ſcribendum adductuſ ſum: quod
pleriq; ruditate quadam atq; inſcitia rerum aliorum facta haud
recte penſanteſ: eidem ipſi uituperare improbareq; audacuſper
gunt. Qui uero bene ſunt inſtituti rerumq; ſcientia prediti: que
aly pulchre honesteq; geſſerunt probe cognoſcenteſ: laude ipſi cō
mendatio neq; proſecuntur. Quo fit ut q̄ q̄ ea que conſcribere
inſtitui: pleriſq; uideri poſſe intellugo. Jam multo ante excogita
ta eſſe et penitiſ cognita non tamen ob id ipſum deterream quo
minuſ inſtitutum ad finem proſequar. Quinimo alacrior ꝛe pgā
ut qui non modo precepta impatoria tradere: uerum etiam impe
randi rationem tenere uideri poſſim: felix preterea iure ſim: ſi
ea que romani uirtute ac induſtria duce fortiter atq; preclare
geſſiſſent. Idoneuſ ipſe exiſtimer: qui oratione complectar. Qua
dere ſi laborem hunc meum huiuſmodi uiriſ probari ſenſero mi
me de ui dicere dubitarim. Illuſtrium impatorum conſilia hiſ
alme pacis temporibuſ hoc opere contineri: unde et ſi nil aliud
illud uel precipue animaduerti atq; dignoſci poterit. Quam obrem
alyſ male pugnare atq; in calamitateſ incidere ſepe accident.
Aly optime re geſta: egregiam atq; ingentem gloriam adepti ſint.
patebit perſpicue deniq; exima illa uirtuſ romana: quando nullū
unq̄ rex nulla ciuitaſ: nulla preterea genſ non modo maiorem
imperij amplitudinem optinere. Sed ne parem quidem atq; equā
attingere quiuerit. Vt tot iam circumactiſ temporibuſ: tantam
imperij molem perpetuo quodam tenore conſtantiſſime īmotā
ac ſolidam ſeruaſſe uidentur. Nec mihi ratione ulla poſſum
perſuadere fortuna id euenisſe et caſu: ut ſinpatiſ italie finibz:
ad ultimaſ orbiſ horaſ nomen et imperium potuerit propagari:
prudentia potiuſ conſilio arteq; militari: et rerum preclare ge
ſtarum ſplendore et gloria: propiciam et. ꝛc ceptiſq; noſtriſfa
uentem adipiſci fortunam: optandum utiq; eſt non ideo tam
exiſtimandum: eam rebuſ preeſſe omnibuſ atq; penitiſ obmi

nari: ut .x. inepti atq; parum considerati sunt: qui singulas cala
mitates uni fortune attribuunt: non et imperatorum insuper de
sidie et errori. Ita qui res recte et ordine gestas fortune uni ac
ui non et imperatorum uirtuti atq; solertie impartire udent.
Iniqui .x. atq; iniurij pariter est uel eum qui remp. male gessisset
ab omni prorsus culpa eximere eamq; ad fortunam omnino reij
cere: uel eum qui fortiter nauiterq; uictor atq; uoti compos eua
sisset: usq; adeo debitis fraudare laudibus: ut palmam rei bene
probeq; geste fortune duntaxat acceptum oportere referri cense
at. Ceterum cum omnes pene mortales natura propensiores sint
his potissimum fidem habere qui ea uel memorent: uel litteris mā
dent: quorum ipsi periti sint: etiam si qua ardua et difficilia facta
uideantur referre. Narrantibus autem rem quampiam in qua se
metipsos non exercuerint: tametsi nec difficilis nec incredibilis
est: uix tamen adduci possunt ut ei fidem habeant. Iccirco neces
se opinor tantum prefari. Hec omnia que de imperatore mi
litaribusq; consilijs hoc libro sum complexurus iam rerum indu
bitatis periculis esse probata: his maxime auctoribus: qui roma
ni nominis parentes atq; principes extitere: quorum egregia
uirtus sine controuersia apud omnis mortales ad hanc diem
conseriis omnium primas optinet. Nihil igitur raptim: nihil
temere ex tempore ue confictum: nihil prorsus imbelle libellus
is continebit. Sed ea que rerum uarietate certissimis documentis
romani nauiter gesserint ac ediderint. Qui non modo qd
aduersum hostes faciendum esset probe scirent. Verum etiam
nequid sibi contra inferri posset: prudenter prospexere: nec
imemores usq; ubi non certo equoq; iure certandi usi fuerint
his utiq; fontibus equidem cuncta collegi: qq̃ non sum nescius ple
rosq; optaturos quecunq; de hac re ab se duci possent: sua magis
uiden: q̃ accepta ab alijs: quippe qm maiorem se laudem cre
derent adepturos: si ab se excogitata uiderentur atq; deprōpta

q̃ si hec ad alios auctores referri oportere: non sua esse plane fa-
terentur. Equidem nihilominus me ob id ipsum cōmendationē
consecuturum existimo. Nam quemadmodum si quis profectus mi-
litiam: strenue ibidem ac fortiter ac alys gestas: litteris et memo
rie tradidisset: non propterea laude priuaretur: quod non que
ipse uiribus et ingenio: aut inuenisset aut patrasset. Sed que
aly fecissent: posteritati commendasset. Ita me puto non pro
inde parum commendationis et laudis relaturum: q̃ non a
me hec inuenta esse ingenue fateor. Quinpotius hoc ipso pre-
stare haud iniuria uideri ommnibus possum qui et laudem sine m
udia et fidem sine obtrectatione atq; calumnia merito relaturus
sum.

mperatorem itaq; deligi oportere mḡ non generis et maiorū
nec fortunarum et opum habita ratione: quorum alterum
in sacerdotibus deligendis: alterum in magistris ludorum creandis obseruari solet. Sed queratur huiusmodi: qui temperans sit
continens sobrius frugi ac tenuis uictus: laborum patiens acer in
genio non auarus: non iuuenis: non senex si contingat quoq; q
liberos habeat qui ad dicendum idoneus: sic existimatione de
nigq; prediturus.

Emperans: ne uoluptatibus delinitus atq; distractus: curam ora
ximarum destituat.

Ontinentem autem esse oportet eum: qui summe tante admini
strationis preest. Impotentis. n. animi impetus si facultatē forte
que collubuerit perpetrandi nactus sit: usq; adeo cupiditate p̄
ceps prolabitur: ut cohiberi facile nequeat.

Obrium etiam uolo: ut rebus maximis mungilare commode
possit: sepe. n. noctu per quietem animi. Imperatorys consilia
cogitatione discussa consūmatius confirmari possunt

ctu frugi et tenuem: qua delicarum plenius uiuendi cultus:
et exquisita ciborum cura fatigat et mergit animum: ut per

Imperatorum deliciaſ: neceſſaria tempora gerendarum rerum in caſſum terantur,

Atientia uero laborum ad imperatorem eo īprimuſ attinet q eum inter militareſ laboreſ ultimum eſſe oportet qui defatigetur atq laſſeſcat.

Cer eſſe debet ingenio q celerem et ut inquit homeruſ uolucrem eum eſſe oportet: quo cogitatione currat prnix per omnia: atq futura coniciat animo longeq proſpiciat: ubi non expectati neq preuſi accidunt caſuſ: coguur imperator raptim mure conſilia et ſalutem rerum temere ſorti committere.

On ſit auaruſ et lucri cupiduſ, hoc .x. imprimuſ cum preſtare oportet: qui namq argenti ac auri munerum ue nimio non tenetur amore. Iſ magnifice rebuſ omnibuſ adminiſtrandiſ preſidet: pleriq .x. et ſi fortitudine quadam et robore aduerſuſ arma atq copiaſ hoſtium perſtare poſſint interriti: auro tamen illecti mo leſcunt: q id efficax telum eſt: et ad capitandam extorquendam ue uictoriam uehementer accōmodatū.

Ec iuuenem nec ſenem dixi oportere eſſe imperatorem: Q alt incredulus nimiſ eſt imbecillus alter ad rem adminiſtrandā idoneus neuter. Quamobrem iuuenis repudiandus uidetur: ne forte inconſiderate numia audacia peccet: contra ſenex non ad mutendus: ne pro naturali infirmitate deficiat: proinde optima eſt mediocris conditio: Vires .x. uigorq ei adeſt: qui nondum eſt ſenecta confectus: prudentia uero in eo ineſt: qui non admodū iuuenis eſt. Nempe ſic ubi robur et uires corporis ſine prudentia animi: rurſus ingenium ſine uiribus incolumitateq corporis. hac in re quis probet: nihil certo efficiat: nam ut corpus cui deſit prudentia parum conſilio ualet. Ita animus deſtitutus tanq miniſtris uiribus corporis: nullam rem efficere cōmode et utiliter abſoluere poteſt. Atqui utrobiq probatius eſt. Iſ futurus eſt uſui rebus omnib .x. ut quem omneſ deligant preſertim libero et ſuopte impulſu

animi: imperanti impigre obediunt: dicenti credunt: obeunti
queuis pericula certatim opitulantur.

Atrem habentem liberos duximus admittendum non tamen eū
qui liberis quidem careat: alioquin autem fortis probusq; sit repu
diandum filij: ꝛc. si adhuc tenella etate sint: animum parentis de
iunctum penitus obtinent: et tanq̄ obsides dati patrie: mirabile
excitare possunt parentis in patriam fidem atq; benuolentiam
atq; animum eius aduersus hostes quasi admotis calcaribus su
scitare atq; incendere: sin etiue iam adulta grandiuscule natu
sunt armistium consilio, fide, opera, laborum, imperiiq; societate
arcane rei fideli ministerio: ingentem rei publice possunt utilita
tem afferre.

d dicendum aptum atq; idoneum: quia hinc maximam req;
militie gerendis putamus usu uenturam utilitatem: sine enim
ad pugnam instruende sunt acies, oratione cōmoda impator
militem cohortando facile cuiq; persuadebit: pericula queq;
contemnere: clarisq; facinoribus inseruire: nec poterit tuba in
sonans auribus: tam animos ad arma capessenda erigere: at
q; ad pugnam strenue inundam impellere: q̄ apposita et p
tempore accōmodata imperatoribus oratio sustitare et studio
glorie atq; uirtutis amore incendere ad magna facinora
ualet: sine calamitate ulla accepta animos egros solari opus
sit oratione medellam afferret: ut multo magis ad usum exer
citus lenendis acerbitatibus casuum apposita imperatoris ora
tio: q̄ medicorum industria: qui ut saucios curent castra
sequuntur: posslit iure desiderari: hi .x. uulnera tantum cu
randa suscipiunt. Ille uero egros ac languidos animos ora
tionis commoditate solatur: et letitia afficit: bene ualentibus
preterea animos confirmat et excitatos diligenter prosequit.
Quanto itaq; difficilius ij morbi curantur qui latent: q̄ qui
tractari et conspici possunt: tanto laboriosius est merentes

animos oratione sanare: q̃ perspicuam corporis infirmitatem
curare: quemadmodum itaq; nunq̃ ulla ciuitas exercitum expe
diret forasq; mutreteret: sine duce sine certo impero. Ita nec
imperator est deligendus infans: et ciuilis atq; facultas dicendi
presto non sit.
Postremo existimatione preditum diximus imperatorem deligi
oportere: q̃ uulgus egerrime ferre solet: si ingloriis ignobilibusq;
subijcitur: nec est qui nisi inuitus eum ducem sequi patiatur que
se deteriorem intelligat porro clarus is sit prestantiq; opinione oī
um habeatur necesse est: qui eusmodi uirtute et animo ac mori
bus sit qualem esse debere supra retulimus.
Eorum ut neminem propter opes tantum deligendum existima
rim. Ita et inopem nequaq̃ repudiandum modo uir fortis et alio
qui bonus sit: non sane copiosus quisq; sine inops sit probandus uel
improbandus mihi uidetur propter fortunam: imo quimis propter
optandus probitatem. Eminuero siquis opulentus et dives: uirtute
preterea et probitate preditus sit eo ab generoso differret inope:
quo armatura argento celataq; auro exornata: ab ea que ex
ferro atq; ere conflata ornatu reliquo caret. Vtraq; .n. militem
tegere ac eque defendere potest fulgore tantum atq; simulacta
foris specie alteri alteru prestare uidebitur.
Auendum item est rei nummarie studiosus quis deligatur: qui que
stui continue inhians penitus nimis additus sit: tametsi ditissim'
atq; locupletissimus omniū uideatur: ut institores, mundinatores,
negociatores, nummularij, atq; ceteri id genus: necesse .n. est hui'
modi homines sordidos atq; pusilli animi esse: ut qui lucello ma
gnopere inseruiant: atq; eri ac questui penitus se se dedant: pro
inde nullus honeste rei, nullus clari facinoris unq̃ studio possint
allici.
Aliorum autem existimationem splendoremue: si forte adsit: am
plectendum equidem puto: sin absit: haud magnopere expetendū

nec propterea dignum aliquem esse habendum: cui imperium de feratur quemadmodum ꝛc. iumenta de se non forꝭ considerā da uolumuꝰ. Ita ingenuitatem arbitror hominum metiri de bere. Ineptum profecto prorsuſq; absurdum negocium: qui qua lesue ꝙ sint quibuꝰ rem nostram tutandam conseruandamq; cō missuri sumuꝰ: non quærere cuiuſmodi maioreꝭ eorum fuerint quidue ab illiꝭ gestum fuerit respicere perinde ac si illi nos tueri saluoſq; facere possent: qui iamdiu ab oculiꝭ absint. Preterea im quum illud omnino atq; nuſq; sibi consentaneum est: militari lege hoꝭ qui fortiter ipsi fecerint premiꝭ honoribuſq; cōmandoꝭ decernere: non quia clariꝭ parentibuꝰ orti sint. Imperatorem uero eum deligendum censere: qui fortibuꝰ ac honestiꝭ maiorib; dūtaxat procreatuꝰ sit: non eum suapte fretuꝰ uirtute emineat: tametsi generiꝭ ac parentum splendore caret, quo ad uirtutem accedēte fortunatiorem utiq; huiuſmodi fore imperatorem exiſtimo. Verum absente uirtute ingenita mutilem prorsuſ et uiritum Quumo sperare quiꝭ haud inuria poteſt: fore ut hi qui maioribuꝰ clariꝭ atq; illustribuꝰ nequeunt admodum gloriari: melioreꝭ euadant imperatoreꝭ. Qui ꝛc. parentum splendori in nixi: illorum se putant gloria honestari: ſicubi ab officio aber rauerint: opinionem atq; nomen maiorum sibi affore confidūt. Quo fit ut pleriq; segniuꝰ reꝭ admunistrandaꝭ uideant capeſ sere: quibuꝰ uero nulla eſt parentum reposita gloria: et ad quoꝭ nullus a maioribuꝰ deducitur splendor: dum suapte opera at q; industria lumen rerum a se gestarum maiorum obscuri tati opponere cupiunt: rem cautiuſ curant: promptuſ demq; et diacriuſ queuꝭ pericula subite contendunt. Et quem admodum ꝙ quibuꝰ non tam locupleꝭ et amplum optigit pa trimonium: accuratiuſ rem familiarem tuentur: q̄ qui opu lentioreꝭ dicioreſq; sunt. Summo ꝛc. studio summa ope pgunt rem augere domesticam cumulatioremq; ac lautiorem reddē

sibi. Studem hi qbus non licet uti parentum fama: et tamq̃ he
reditaria gloria peculiarem sibi existimationem undiq; compa
rare conquirunt.
Strenuus itaq; est nobis imperator fortis: genere clarus fortuna
tus locuples: non tamen improbandus repudiandusue mops:
modo uirtute polleat q̃us parentibus aut illustribus natus.
S posteaq̃ delectus instituturusq; sit: esto facilis comis tranquillus:
se adire nolentibus pateat: non tamen tantopere se mitem
facilemq; passim cunctis exhibeat: ut contemptui sit: nec
tam acerbum et durum, ut odium concitet: ne aut nimia
indulgentia facultateq; dissolutiorem exercitum reddat:
aut austeritate seueritateq; alienatiorem atq; infestiorem
efficiat.
Eligat autem ipse atq; constituat: decurionesq; centurionesq:
reliquosq; copiarum prefectos ex ordine ut res postulabit:
et opus sibi fore existimabit: quos ex eis sumat atq; coaptet:
quorum uirtus perspicua sit quiq; corpore eque ac animo
et uoluntate fideles in patriam sint. In quo delectu habendo
nihil prohibet quominus et genere nobiles et fortunis locu
pletes sumantur. Non .x. unus aliqus et item alter dūtaxat
deligendus est: ut in paucis et his bene honesteq; moratis
secernendi facultas prestetur. Quando presertim decurio
num centurionum ceterorum demiq; pfectorum numero
apte atq; utiliter digerendo: locupletioribus et nobilitate
prestantioribus plerunq; maxime opus est: tum .x. nobili
tatem preferri e re pua est cum facto opus est et celeritas in
re conficienda exigitur: pecuniarum item cōmoditas ma
xime desiderari uidetur: cum elargiri quippiam et mili
tibus gratiose impendere necesse est: principium .x. et duci
in milites pecunie erogatio tametsi parua sit: modo ben
gne liberaliter opportuneq; fiat: ingentem potest captare

benuolentiam multitudinis: et fides certissima militum inde facile comparata, securitatem rebus et firmitudinem uendicat sperat. ꝛc. quisq; se maiora consecuturum si certauerit fortiter. ubi tenuiore in re largitatem imperatoris ex animo benigne prouenire intelligit.

Stet preterea imperator sibi collegasset socios: quibus cum ōibz de rebus deliberet: qui consiliorum effecti participes: loco sententiam ducant quos uel ante deputet q̄ moueat: ut obeundi muneris gratia imperatorem ipsum et castra sequantur: uel postq̄ profectus est ex nobilioribus grauioribusq; eos in dies cō uocet et accersat: qui secum de rebus omnibus in cōmune deliberent: que. ꝛc. per se quisq; inuenerit: secum solus meditatione discutere potest: non continuo eadem probare atq; sancire debet: cogitationes. ꝛc. atq; consilia nostra: ut quibus natura afficiamur: nisi fidele foris per consultationem sit adhibitum auxilium: fallere nos facile possint: et errorum plena sepenumero comperiri incipiantur: contra que alieno iudicio atq; sententia comprobantur: securitatem comparant animo et firmitatem in rebus tuentur. Enimuero nec tantopere sibi quis diffidere debet: ut incipiti sit semper et infirma sententia: neq; usq; adeo arrogare: ut arbitretur nihil sius consilijs melius: aliqs sint excogitare. Necesse. ꝛc. erit ut qui aliorum addictus est consilijs: sibi omnino diffidendo: multa committat unde detrimenta rebus et incommoda afferantur: quemadmodum quoq; uel semper uel sepe eum peccare oportet: qui nullius dicto prudendo omnia sibi soli attribuit.

Nitra ipsa bellorum temperanter constituenda et tamq̄ rerū fundamenta prudenter iaciendā existimo unde cunctis pene perspicue pateat bellum quodcūq; iure esse susceptum: hinc deos propicios fautoresq; fore sperandum est: milites preterea alacriores animatioresq; ad iussa capessenda atq; exequenda quo

uoluerit re pergent: quippe qui sibi facile queant persuadere se nō
ultro cupiam cupideq; illaturos iniuriam. Sed lacessitos ac pro-
uocatos arma simpsisse. Qua de re totis uiribus fortiq; animo rei
gerende se exhibebunt. Contra qui se iniuria bellum suscepisse
forte suspicabuntur Qua sola opinione etiam si nihil aduersi fo-
rit contingat: reformidabunt atq; horrescent. Quamobrem de-
cet imperatorem de his que uel ipse requirat: uel requirentibus
alijs assentiri nolit: oratione prius et legationibus agere: ut inde
prouocatus uideatur ad arma confugere: uel iusta petendo: uel iu
qua recusando testetur demq; deos atq; homines non per contem
ptum et temere: perinde atq; sibi euenire non possint que bellū
gerentibus sepe accidere solent: neq; qua omnino pertinacia ani-
mi mala et cladem mortalibus ferre cupiat: bellum esse ab se su
sceptum nec .x. dombus menibusq; solum ualida fundamenta
sunt iacienda: ne infirmus imbecillusq; iactus principijs: quidq
inde edifices facile corruat. Sed multo accuratius bellorum i
quoq; initia solide firmiterq; sunt construenda deincepsq copie
educende exercitusq; mouendus. Infirma .x. rerum principia
ingentem molem additam molem sustinere nequibunt. Sed
facile oppressa: omnibus fortunis euersa protinus corruent atq;
funditus cadent. Quare solertem uiram oportet gubernatore.
qui prius portu egressus in altum soluat: omnibus rebus instru
it nauem: atq; quoad eius fieri potest armat et ornat: mari
deinde ac uentis sese cōmittat: turpe .x. atq; periculosum om
nino sit: belli motus pre te tulisse. Ita ut terra mariq; ducā
copie mox de repente in apparatum subsistere: et in medio
rerum cursu: in ipso quoq; conatu: uersis ut aiunt prorsus ur
piter retrocedere uel summam rerum omnium tenere in di
scrimen adducere: nec solum ob temeritatem derisus eris om
nibus. Verum etiam imbecilitas opinione contemptus: cuius
iniurie inferende opportunius uideberis ac cedet adhec preterea

ꝙ hostes etiam nihil aduersi passi: odio te acerrime persequentur:
qui eos malis afficere: uoluerit quidem. Sed imbecilitate imprudē
tiq; nequuerit.

ducantur autem copie expurgate prius: omni uel publica labe
atq; macula: uel priuata cuiusq; admissione ac nota absterse
eiusmodi expiationes ijs placationibus sacrisq; fieri et curari de
bent: uti per religionem ius sacrum dictauerit: uel ut uates ipsi
prescripserint.

ucatur deincepsexercitus instructus ex ordine: etiam si cum ho
stibus nondum esset congrediendum. Et si per regiones longe
multorum dierum itinere eundum: quus per agrum pacatum.
Miles. x. hoc pacto ordinem seruare assuescent: et loco quoq;
maxime manere et duces profectosq; sequi discent. Quod multo
accuratius obseruandum erit: si per agrum hostilem mouere ne
cesse sit: ne per repentinos impetus: parua momento tēporis: mi
les passim tumultuari cogatur et sursum atq; deorsum discur
rere: aliq; in alios deuehantur demq; multifariam circūuenti
nihil operepretium edere possint. Quamobrem instructa acie
quacūq; mouendum est: ut ad uter faciendum habilem expedi
tumq; militem reddas: et ad repugnandum si opus si paratum
et facilem: edoctum obseruare signa et iussa capessere: atq; loco
et ordine pro sua uirili rem gerere.

Omen uero per loca eiusmodi si liceat est ducendum: ita cohibē
dum et obducendum in breue: ut pre angustia et sui dilatandi
difficultate: ad nimiam protendi longitudinem ne utrūq; compel
latur. Qua progressus specie: hosti facultas prestari uidetur ad
commodum suum: in aduersarios incurrendi eosq; per occasio
nem ledendi: quippe quibus iam cōmoditatem sui tuendi erepta
animaduertat: siue in latiore acie aduersi obuiq; irruant: qd
euenire solet ambitus cornibus: facile perturbent ac uertant ne
cesse est: seue transuerso in medium agmen irrumpant: turbato

iam ordine faculratem ilico compoſite conſertimq; progrediendi:
auferant tuſ copyſ: que ſi in phalangem ſeſe contrahere et ad re
pugnandum conuertere conſtituerint: parum proficient: tanq̃
eusmodi phalange uſi: que craſſitudine nulla freta: infirma pe
nitus imbecillaq; ſit.

Enim ſi hoſtiſ nouiſſimum agmen poſt terga adoriatur eodem ur
gebit incommodo: ut non modo facultatem repugnandi adimere:
uerum etiam perſpicuam cladem atq; pernitiem afferre poſſe ui
dentur: ſi.n. retro conuerſuſ pugnare audeas: eadem opprimerſ
difficultate: qua hoſ qui in fronte locati ſunt urgeri poſſe oſtendim⁹:
utpote qui cito ambiri comprehendiq; poſſiſ: in quo rerum ſtatu
id euenire preterea ſolet: ut laborantibuſ opem ferre non facile
queas nam ſiue primoſ ad ſubeundum poſtremiſ accerſas: ſiue
contra nouiſſimoſ ad opem ferendam hiſ qui in fronte locati
ſunt reuocef: ſero id et incōmode curari poſſe uidetur: quan
do per longa interualla et ſpacia utriſuiſ excurrendum eſt. Quaſ
obref contractiore ſemper quadratoq; agmine mouere: ſatiuſ
atq; tutiuſ et tractatu facilius eſt: q̃ protenſiore atq; oblongo:
preſertim cum exercitui porectiore mouenti agmine ſepe con
tingere ſoleat: ut exiuſis quibuſdam incertiſ ac dubyſi, for
midines atq; pauoref ſuboriantur. Euenit .n. non nunq̃ ex
editioribuſ et montaniſ locis: ad planicies et loca mꝺa atq;
conſpicua deſcendentibuſ: ut conſpectiſ pone longo interuallo
nouiſſimiſ eiuſdem agminiſ irruptionē per inſidiaſ hoſtiū
eſſe nati ad pugnam de repente raptimq; conuerſi proxime ad
conſerendum manum cum ſiniſ tanq̃ cum hoſtibuſ uenerint.
Omeatum uero impedimenta reliquumq; apparatum bellici in
ſtrumenti: in medio copiarum locari oportere exiſtimo: pre
terq̃ ſi loca que poſt noſ relinquuntur ita paccata ſint: ut tu
to impedimenta huiuſmodi ponere conuehi duci ue poſſint:
aliquin nouiſſime parteſ exercituſ: ſubſidiario ac ſtrenuo!

milite muniantur: haud secus atq; partes agminis primas munire debes: multa .n. possunt improuiso accidere.

Remitta quoq; debent aliquot equites: qui diligenter scrutentur: atq; explorent: quacunq; transeundum est: presertim si per saltus et loca siluosa aut occlusa collibus perq; solitudinem uastam iter fuerit faciendum: plerunq; .n. huiusmodi oportunitatem hostis nactus: locatis insidijs: aduersarios parum sibi cauentes inter transeundum ex occulto adortus: fortunis omnibus facile euertere potuit. Quas insidias si imperator noster per exploratores presciuerit: haud magno negocio hostium preuersis consilijs: magnam sibi opinionem prudentiæ ac rei sue salutem poterit uendicare. Verum campestrem nudumq; ac proinde conspicuum locum: nullis premissis exploratoribus ipso prospectu animaduertere potest. Nam et interdiu excitatus atq; sublatus puluis: motum hostium indicare potest: et noctu ignibus flammisq; hostilia castra propter esse significatur.

Onendum autem est interdiu: quando ad iter non ad preliandum copie sunt educende: nisi forte quippiam urgeat: quamobrem ut hostem preuenias tibi irideatur esse accelerandum: hac ratione etiam noctu mouere potes: modo id tuto fieri posse intelligas.

Ane ubi eo uentum est: ut mox necesse sit cum hoste congredi atq; pugna et prelio disceptare sensim non citatim ducantur copie: neq; magnum iter conficere cogantur: sepenumero .n. robur atq; uigorem corporis: labor ante certamen susceptus ab re absumpsisse usus est.

Orro si per agrum sotialem moturus sis: edicas oportet militibus nequid omnino attingant et uastent.

uin omnibus penitus temperent atq; abstineant. Miles .n. armis fretus et quodquod libuerit faciendi licentiam nactus: nulli parcere scit. Quando presertim ipso oblamentorum conspectus: rerum imperitos atq; inconsyderatos ad cupiditatem precipites agere

facile solet atq; dulcedine rapiendi ad quos ius illicere facimus: hunc ni prospicias parua data occasione: sociorum offensi animu: infestiores tibi reddderetur hostilem autem agrum diripi, uastari incendi, execrari ue palam permittas: frugum .x. atq; alimentorum inopia et numarie rei difficultate bella extenuari solent: atq; extinguu: contra copia opibusq; nutriri ac sustentari.

Terrum prusq̃ agrum hostilem uastari permittas: hostibus nisi cesserint tibi id te facturum prenunties ac minetis. Ingruentis. x. calamitatis discrimen atq; expectate cladis timor. Mortales sepe aliquid concedere cogit: quod ante hac ut facerent nequaq̃ potuissent adduci: ubi uero calamitatem acceperint: tamq̃ quos maiore damno afficere nequeas: cetera contemnũt et parui facium. Si uero tibi diutius in agro hostili castrametandum esse intelliges: ea tantum diripi uastariq; permittes: que tibi non admodum usui futura conspexeris: que autem commodo tuo seruari posse uidebis: uti ab his abstinere palam imperabis.

Opus tus completis expeditisq; nec in tuo neq; in sociali agro est diu morandum: ne consumptione omnium rerum: tius magisq̃ hostibus in detrimento esse uideri possis. Quin q̃ maturrime copias in agrum ducas hostilem: unde si uber ac felix sit: que uelis ad commodum affatim capere possis. Sin minus amicorum tamen rebus benigne consulere uideberis. Verum ex agro hostili si fecundus et ferax: multo profecto commoda atq; ingens utilitas percipi potest.

Urundum denq; tibi diligentissime est ut terra mariq; in exercitum comeatus facile tutoq; comportentur: hac .x. ratione undiq; negociatores excitabuntur: que ad usum exercitus pertinẽt impigre ad castra conuehere.

Uando uero per loca angusta futurus est tibi transitus: seu si per montana et aspreta tibi agmen mouendum erit: tum saluti rerũ imprimis intererit: premittere aliquod qui celsiora loca: qui ru

pes et claustra atq; transitus ipsos occupent: ne preuenient hostis his potiatur: ac inde haud difficulter tibi prohibeat transitum quod contra moliri debes: si per huiusmodi locorum difficultates atq; angustias: hostem presenseris aduersum te transiturum: non .x. solum tibi cauendum est: nequid detrimenti accipias: uerumetiam moliendum eidem in hostem intorquere consilia. ut .x. si quando aduersus hostem moturus: maturare rem debes ut illum preuenias et incautum opprimas: Ita etiam diligentissime prouidere debes: aditum omnem ei adimere: si inteneturum preceperis.

Ositis autem in terra hostili castris fossa confestim uallo q; opus est: tametsi eodem in loco tibi diu morandum non constituueris: munitior .x. et proinde tutior eris: ad repentinos hostium impetus: et clandestinas neq; expectatas irruptiones: deligas quoq; milites quibus id negocij detur: ut per stationes atq; excubias castris presidio sint: etiam si hostem procul inde abesse acceperis.

Erum si hostibus nihil urgentibus: diuturnior tamen tibi uidetur ibidem fore castrametatio: siue populandi agri hostilis causa: siue opportunitatis commodus obseruande occasionibusq; hostem offendendi captande gratia: tum ea tibi deligo loca in qb⁹ castra teneas: que neq; lutosa: nec alioquin insalubria sint ei modi .x. locorum natura et situs exhalatione corruptiore ac fetoris emissione uarios morbos ingenerare pestemq; inijcere solet. Qua pleriq; affecti male uexantur: multi preterea pereunt ut hinc non modo in dies pereuntiū strage copie minuantur: uerumetiam supstitum imbecillitate atq; mestitia mirum immodum infirmentur et languescant.

Roinde salubre atq; utile est: castra non diu in eodem tenere loco: preterq; si hiemandi causa rigoris et duriciei celi uitande ibidem manere necesse sit: tum uero apprime curandum

est: ut constructis ex ordine tabernaculis atq; tentoryis fixis: locū
cuutatule mstat incolere uideri possis: secus .x. ipse uentris egestio
nes que ysdem in locis perdiu fiunt: corruptiores emittunt ua
pores: quorum contagio finitimus aer ac circūfusum celum in
ficitur et ad nisalubrem qualitatem facile immutatur: cuius
assiduo usu et necessaria consuetudine uarios et periculosos
morbos imbibimus.
Sed in hibernaculis ipsis exercendi sunt milites uarijsq; periculis
ad pugnam apti reddendi ne locus usq; ocio et inertie detur
cessatione .x. et ignauia fit ut corpora mollicia et torpore
afficiantur: animi uero segnitie imbelles penitus ac metica
losi reddantur: uoluptatum .x. illecebris et deliciarum quoti
diana consuetudine uel audacissimorum correpti animi ener
uantur. Quamobrem non procul a laboribus et industria abeū
dum est uiris: si quos .x. ex longo ocio ad labores capessen
dos coegeris: hi nec alacres exeunt: et egressis minus perseue
rant: ut qui diuturna desidia facti: labores horrescunt: et qd
uis negocium ne tentatum quidem ac tutum defugiunt: de
mum sicubi rem experiri uolueris: mox illa abeunt: et nulla
spe freti: laboriosa perferre nec uolunt nec ualent. Proinde
prudentis imperatoris est: ea que sibi usui futura intelligit:
quete extruere atq; commode preparare: cum nulla dimicā
di aduersum hostem urget necessitas: nullum imminere ui
detur periculum: nullum extare impedimentum: quo minus
exercendis corporibus ea militibus suis imperet: quibus in pre
sentia aduersus hostem nullus sit usus. Preterea quodquid ne
gocij citra periculum militi demandant: tamq; q̄ eum idone
um ad ueram certandi rationem instruat atq; edoceat sa
tis pre se ferre uideri potest remissionis et laxamenti: uel his
qui aliqua defatigatione affecti sint.
Exerceatur autem miles in hunc modum deligantur nōnulli

et eorum cuiq; apta ad rem dentur arma assuescantq; armari
seruare ordinem: et nusq; deserere locum discant preterea con
tuitu mutuo: crebra appellatione: familiari consuetudine inui
cem uungi ad deuncari: ut quis quo loco et ordine constituti
quisq; tenere et cognoscere possit: et imperatis sine mora acce
ptis parere. Edoceatur preterea miles ex imperato agmen tum
producere: tum contrahere: et seu dextrorsum seu sinistrorsu
muertere: discat item aciei traductiones et motus imperturbate
ex ordine facere. Et tum laxandi tum artandi modum extus
demq; et recessus uicissim: atq; reliquas ordinum distributiones
partitionesq; per decurias: rationem quoq; agminis uel in crassi
tudinem cogendi: uel in oblongum producendi atq; utrinq;
ancipiti et bipartita pugna certandi: quando presertim nouis
simus miles: hostibus ambire eum et undiq; complecti conan
tibus conuersus repugnat. Postremo admonere oportet mi
litem ut signa que interpugnandum imperatoris iussu darent
attente excipiat: et ubi receptui canitur sese ordine colligat
et sensim de pugna referat pedem.

uod.x. his qui musicis dare operam incipiunt solet accidere
primo ubi opus est impositione digitorum: et uel in foramini
bus tibiarum uel interiectionibus interuallisq; fidium: alios
alibi tum ponunt tum tollunt haud ex arte: neq; per dimen
sas ad harmoniam intercapedines: adhec mox extendunt et
tarde mouent. Qui uero usu iam hec eadem et exercitatio
ne: arte et ratione adhibita callent: sine ullo negocio: siue fla
tum in tubis reprimere uel laxare sit opus: siue chordas discur
rere digitis et apte tractare: spiritum ad commodum mode
rantur: et manum iam edoctam composite atq; celeriter mo
uent. Idem his usu euenit: qui rei militaris rudes imperitiq;
sunt: turbulenter primo et difficulter per multos errores
et longa temporis interualla instrui et in ordines redigi posse

uidentur.

uidentur. Verum ut primum edocti assuetiq; facti sunt: ultro ut
ita dicam ac sponte sua: loco atq; ordini atq; rei gerende se applicāt
pulchram nimirum et ex omni parte compositam speciem quasq;
maxime pro uirili sua explentes.
Oc pacto instructus et ornatus exercitus: diuidatur deinde ad pu-
gnam citra ferrum coeat: distributis lembus pilis, hastisq; fragili
bus et si forte arua prope sint iactu glebarum res geratur: etiam
loris excoryis taurinis si qua heri possint mules utatur: sin uero col
les ac tumuli et alioquin accliuia loca extant: certi ad id depu-
tati milites imperatoris iussu id genus telis per singulos distributis:
hec loca cursu occupent alij quoq; constituantur quibus id demā-
detur negocij: ut eodem armorum genere illos de editioribus lo-
cis deturbare contendant et ipsi succedant: demum re confecta
eos imperator collaudet: qui uel partes sibi traditas ad extremū
tutati sint nusq̄ loco summoti: uel loco depulsis superioribus ipsi
successerunt: hoc certandi genere hac diuicandi ratione: hac de
niq; superandi emulatione et studio: uicolumitas exercitui com-
paratur et corpora militum curantur et conualescunt: ut quibus
uis estulentis quasq; libenter uescetur: et quemcūq; potum suauī
ter sumat: nihil preterea delicatius et lautius: nihil exquisitius si
bi uenando, famies. ꝛc. quæ laborum perfunctione homini exur-
gere solet: et sitis que defudantibus oritur: satis pro pulpamēto
atq; dulcecula potione haberi potest: hinc militum corpora soli-
diora atq; agiliora reddūtur. Quando bi qui sudore frigore
estu sub diuo exercitati sunt: quosius labores ut prompto animo
alacresq; subeunt. Ita et fortiter ferunt.
qua ratione instituendus est eques: decernantur spectante im-
peratore cursus certatim. Insecutiones: fruge congressiones. Jacu
lationesq; per loca presertim campestria: seu sub ipsas radices mon
tium: quod eques possit per aspera et salebras nadere non. ꝛc. cogi
debet: ut aut ad nimis ardua et acclinia aut per descensus et pro-

mora loca excurrat.

Opulationibus uero temperanter utendum est: nec militi permit
tendum ad rapinas et predam temere ferri et per agrum hostilem
si forte locuples copiosusq; sit euagari nimis: hinc n. plerūq; ma
xime calamitates use sunt accidisse: quando hostis manu com
posita dulcedine prede dispalatos milites: aut preda ipsa onu
stos per occasionem adortus: facile potuerūt fundere, fugareq;
et opprimere: ut qui nec armis ad comodum uti: nec laboran
tibus inuicem opem ferre possint. Quare si qui in iussu imperā
toris ad populationem profusius se uerterint: acri pena affician
tur: et nobili ignominia notentur.

Cum uero ad predam populabundum militem emittere consti
tueris: ad leues atq; inermes: bellaces et strenuos tum equites tū
pedites adiciendos deligas est necesse: qui in rapinis et preda
ne utiq; occupentur: quin instructa continue acie populatoribus
presidio sint: eisq; reditum tutum atq; facilem parent.

Et si quando exploratores comprehendantur: non eadem in omēs
sententia uti debes: si. n. tuas copias atq; apparatum omnem in
feriorem hostilibus copijs esse intellexeris: raptim tum eos ex
tingui uidebis. Sin copijs apparatu, armis instructiorem exer
citum habeas: robustiorem denicq; militem obsequentioremq;
atq; copiarum ducibus peritioribus et illustrioribus uti possis:
tum inuerso exercitu tuo ad ostentationem usq; ornato: ex
ploratores adduci iubeas quibus diligenter spectandi omnia po
testas detur: demum impune abire eos permittas: renuntiata
n. rerum tuarum prestantia et copiarum robur et amplitudo
facile hostibus terrorem incutiet: quemadmodum difficultas
rerum atq; inopia cognita aduersariorum animos erigit: et
spem suggerere solet.

Er uigilias autem custodes complures sunt decernendi: quorū
alij uigilent: alij per stationes nocturno spacio distributo: uias

ſim interea ſomnum capiant: et quieti ſe dedant: non ſ. cogendus eſt
miles ultra q̃ ferre poſſit uigiliam agere tametſi noctes inſomnes ſe
ſe ducturum polliceatur: poteſt ſ. ſomnu ſuauitas etiam inuitum
militem occupare: membris ultrõ cedentibus: et natura ipſa con
ſentiente. Agat ergo quiſq; uigiliam rectus ſtansq;: quoniam ſeſſio
nes atq; accubationes ſenſim ſolent diſſoluere uires et languefacere
re corpus. Vnde ſomnus facile prouocetur: contra crurum erectio
et aliorum membrorum intenſio: in ſomniam inſerit animus et
immittit.

Vi uero huiuſmodi uigilandi muneri deputati ſint pro caſtris et
paulo longiuſcule accendant atq; excutent ignes: ut eminus eos
conſpicere poſſint: qui forte qua ignis lucet incedent: a quibz
ipſi conſpici ne utiq̃ poterunt: utpote luce oppoſita et in tene
bris conſtituti: quo pacto hoſtes incauti in manus uigilum inci
dere poſſint.

Quando noctu caſtra mouendum clam hoſtibus duxeris: uel
loca quedam occupaturus uel occupata iam tuis defenſurus: uel
demiq; neceſſitatem preliij ineundi euitaturus: magnos primo
accẽdendi ignes ubeas: deinde moue conſpectis ſ. ignibus: loco
perſtare te hoſtes opinati quieſcent: contra ſi extinctis ignibus p
tenebras abitus ipſe paretur: ſuſpicati te fugam moliri tranſi
tus preripere properabunt inſidiisq; diſpoſitis: per occaſionem
acriter te abeuntem inſectabuntur.

Rum ſi contingat: ut imperatorem hoſtilis exercitus conue
nire neceſſe ſit: et de re quapiam ut plerũq; fit ſecum ſit con
ferendum: acceptis tecum ex optimatibus qui etate floreant pro
ceritate robore forma excellant: armorum fulgore atq; orna
tu pſtent: decore ſecum congrediare fit ſ. plerũq; ut ex ea pte
quam quis conſpexerit: de reliquo iudicet: magis quoq; quisq;
induci poteſt atq; moueri his que uiderit: q̃ his que fama et au
ditu acceperit.

Ranſſuge uero ſi qui forte ex hoſtibuſ ad tua caſtra migraſſent: qui uel tempuſ: uel apparatum uel conſilium aliquod nuntiarum uenuſſent: uel ſe duces offerant futuroſ per iter quo in hoſtes incautoſ irruptio fieri queat: ſtā cuſtodiantur ut intelligant ſibi non eſſe liberum quocunq; uelint ire. Quum eſ palam fiat: ſi eſ confixuſ incolumi exercitu uictoria potiariſ: muneribuſ promeritiſ ubertim affectiſ benigneq; habitoſ: poſſe quo uelint libere ire: ſin eoſ uenuſſe compertum fuerit ex compoſito arte fallendi ſalutem exercituſ produturoſ in ipſo rerum diſcrimine proculdubio perituroſ: fidei .n. tranſſuge non ſecuſ eſt committendum nuſi cum intelligat ſui non eſſe ſe dominum. Sed te quem ſuſ cōſiliuſ fretum mouere uidet.

Aſtra ipſa hoſtium diligenter conſpicienda ſunt ſolerti imperatori: ſituſq; eorum non imperite conſideranduſ. Nam ſi quando in planicie poſita ſunt intra orbem: non propterea extimare debeſ paucoſ ibidem contineri: quia ſcilicet contractiore ambitu uallis occluſi ſunt: circulariſ .n. figura ipſo contuitu minor uideri ſolet: q̄ animo percipi poſſet ſolidi per proportionem dimenſio latitudo quoq; que in orbem et circūſcripta capacior ipſa re eſt: que quiſ conſpectu conijcere queat. Contra ſi uallis latera extenduntur oblongiora atq; alicubi aut obtorta aut in plureſ deflexa angulos artantur: non iccirco magnam yſ multitudinem comprehendi debeſ arbitrari: euiſmodi .n. caſtrametatio: ſpeciem quidem magnitudiniſ pre ſe fert. Sed non tamen plureſ incluſoſ tenet: q̄ intra orbem contineri poſſent. Valla deniq; in montibuſ ſeu collibꝰ ducta: niſi omnino conſerta atq; compacta ſunt: ampliora uidentur poſſunt: q̄ ſi in planicie poſita eſſent: pauciores uero continēt q̄ quiſ poſſet ex ipſo tantum conſpectu exiſtimare: multa nāq; intermutuntur uacua atq; nuda: ut loca que parteſ habeant lacunoſaſ et cauaſ: uel ſalebroſaſ et aſperaſ. Ideoq; deſertaſ: et que habitari a quoq̄ minime poſſint Neceſſario uero euenit: ut

pro hominibus castra struantur et nullum ad huiusmodi longitudinem protendatur. Quamobrem ubi castra hostium breui conspexeris circūclusa uallo habita ratione loci figureq; ne contemnas: sin longus protracta: ne expauescas: quando his cognitis consilijs militaribus fretus: opportunitatem quando q; oblatam nactus: preclarum aliquod facinus patrare et edere possis.

Verum quando tibi castra ponenda sunt artes copias tuas oportet et in breue comprimas hostibus uero ad pugnam te prouocantibus: caue educas. Quin contractius conglobatum militem contemnes: quo uideri possis pre timore id facere plerunq; Imperitus rerum hostis: non militari prudentia rem metitur. Sed simplici castrorum conspectu demum ratus aduersarios paucos: et exterritos pugnam penitus detrectare: contemnere incipit negligentiusq; uersari: tandem incaute passimq; de castris et munitionibus suis progreditur: perinde atq; nullus sibi obuiam sit iturus: in castris ergo hostem aggressus: audacter obsidere pergit: nec animaduertit: quot inde effundi explicariq; possint copie: qua confidentia sublatus tamq; nihil aduersi sibi accidere possit: inertior et futuri improuidus prorsus efficatur. Quamquidem occasionem si tu prudenter arripere induxeris animum. Instructas copias de repente clamore sublato per postica: perq; castrorum tuorum uarios exitus explicabis: et multifariam in hostem cursu infestus irrues: et rem fortissime geres. Sane qui his consilijs atq; artibus ductare copias scies: facile quoq; intelliges: an hostis aduersus te huiusmodi quippiam moliatur: neq; modo quid ipsi tibi agendum in hostem sit tenere debes: sed prospicere quoq; nequid tibi aduersi eueniat: quibus. Ii. rationibus hostem decipere potes: ysdem tibi esse potest fallendi alios ratio: ut explorare facile possis an aliquid aly mali in te machinentur.

t si quando noctu uel interdiu moturus sis: siue ad opprimendum aliquod oppidum: aut arcem aut castellum: siue ad occupandū transitum: uel denīq; quod us aliud clam hostibus maturandum nemini arcanum aperias: neq; quo si ducturus copias: quidue omnino facturus enuncies nisi forte arbitrarere: nōnullis ex optimatibus rem secreto credi utiliter oportere. Porro ubi eo uentum erit: unde iam facto maturrime opus esse intelliges: quid cuiq; agendum sit per occasionem educes atq; tesseram edes: nulla quoq; intermissione interiecta copiarum duces militemq; plane admonebis: et quo res spectet edocebis: deinceps negocium impigre capesses: stulti.n. inconsideratiq; est: temere in uulgus consilium promere et multitudini arcanū intempestiue committere improbi.n. et qui de repu. male sentiunt: eusmodi obseruant occasiones quas nacti in hostes confestim transfugiunt: eum nuntium allaturi: unde sibi honores et premia consequi posse rentur: nec fiut unq̄ ullus exercitus: de quo pleraq; ob causas tum liberi: tum serui in hostes haud commigrent. Vbi presertim arcanum aliquod atq; seruum tractari sentiunt: uel conserendi manum et preliandi tempus aduentare animaduertunt.

ducere uero copias: seu ad pugnam capessendam instruere ne utiq̄ debes: ni prius sacra de more feceris. Quadere auspices atq; uates habere te oportet qui sequantur exercitum q̄q optandum maxime illud erit: si ipse tu contemplandi extra sacraq; faciendi rationem teneas. Vt tute tibi rebusq; tuis bene opportuneq; consulere possis: quando ad eam perdiscendam facile institui potes.

erum si pulchre litaris et sacra uotis succedere tuis animaduteris: conuocatis optimatibus sacra ipsa ostendes: rem deinceps bono animo capessere potes. Copiarum.n. duces quid sacra portendant reliquos commonefacient eisq; spem et animum

erigent: quando deorum immortalium monitu ductuq; se ad pugnam
uenire intelligent. Qua opinione miles penitus animatus alacer ad que
uis pericula obeunda proficiscetur: quippe qui sese victoriam adeptu
rum speret: et signa queq; ostenta uoces et omnia diligenter ob
seruet. Quo fit ut pulchra hec publicorum sacrorum litatio: etiā
cos qui priuatim per religionem merere uidentur: ob sinistra deuouē
daq; omnia: mirum īmodum solari possit: et spem meliorem ani
mis eorum ingenerare. Atqui si forte hostys cesis minime litaret:
nec sacra procedere uiderentur. manendum ibidem erit: nec quo
q̄ mouendum: etiam si quippiam uehementius uideatur urgere:
quod .n. posset eo accidere peius: quod sacris et forte ostendi
uidetur. Nempe si id quod futurum est: feliciter euenire posset
pulcherrime utiq; litasses: qua de re pluribus hostys cesis eodem
die īmolare atq; sacra facere te oportet: paruum .n. momen
tum temporis plurimum ualet: et tum prodesse: tum obesse
facile potest: siue preoccupes occasionem rerum idoneam siue
omnino pretereas. Quidem mihi uideor celestium syderum motus
ortus item et obitus: figurarum deniq; inclinationes triangulorū
quadrangulorumq; et dimensionum Aruspicinam per hostias at
q; exta: oppositā quadam specie contemplandiq; ratione: designa
re et indicare. Quare parua quedam horum momenta: differen
tie potestates atq; diuinandi modi: eodem die uel potius eadē
hora ut regnus potirentur nōnulli uel uicti captiq; in uincula
inycerentur: sepe affecerunt. Cum itaq; nomini q̄ euenit: ut qui
busdam sacra facientibus: quoad pugnam quidem ineundam:
res belle procedat. Sed per ipsam pugnam clades quandoq; et
interitus presignetur. Iccirco necesse mihi fuit usum non nihil
hac de re dicere.

ua scimus multas orbis et uarias esse regiones uarios locorū situs
et multiplices tractuum figuras ac formas: hoc fit ut dubium et
incertum plerūq; sit quibus quisq; in locis maxime prelientur et

pugnam capessere debeat: pleriq̄ .x. regionis et agri sui noticiam tenent: alieni sunt ignari et rudes unde euenit: ut iam unus die uimere remotos hostes: et de industria scilicet exterritos: et adu sariorum aduentum prestolari non audentes: abscessum fallentes: imperator ignarus rerum et fugientes insequatur atq̄ propen sus urgeat. At ubi ad difficiles transitus et occlusa montibus lo ca: sequendi impetu: et hostis opprimendi inani spe se adductum uidet: sero quidem at tandem intelligit ab hostibus se undiq̄ cir cūsessum: et uelut incauea quadam inclusum: occupatis iam col lioribus locis et claustris ac faucibus qua exitus aliquis effugiūq̄ daretur precluss: tum circūspectans ex omni parte circūfusū insultantemq̄ hostem. Vniuerso exercitu in interitum sese et per niciem precepss egit: loci ipsius natura repugnandi facultate priuatus: et deditionis dedecus deuitans: fame perire duxit prius atq̄ antiquus uel ad deditionem compulsus potestatē aduersarys quidquid de se colubuerit statuendi prestitit. Quā obrem eusmodi hostium abscessus ut simulacra fuge: suspecta habendi sunt: nec cupide persequendi locorum magis haben da est ratio et natura eorum diligenter conspicienda.

Neducendis itaq̄ copys illud est maxime obseruandum: ut qua ingrederis: ea quoq̄ tibi reditus patere possit: et uel ab in gressu desistas: si redeundi adimi tibi potest facultas: uel tibi re diturо prospicias: quod hac ratione fieri poterit si prerupta eminentioraq̄ loca et transitus dorso montium iunctos: tuo milite occupes: quo inde cum opus sit tuto tibi reditus pate at: hec dicta sint non modo ut hostem consilio superes: uerū etiam ut ne ab eo ipse incautus opprimare studiose prouideas. Pulchrum .x. est: scire hostem deceptum opprimere necessa rium autem ne ipse decipiare cauere.

uicunq̄ nuntiaturus quippiam te conuenire quesuerit siue liber sit siue seruus: et siue noctu siue interdiu uenerit: facile

admittatur: neq; modo in tabernaculum intromittatur: uerū
etiam in ipso itinere si forte obuiam uenisset accipiatur: et om
nino siue quiescas siue comedas: siue laues: non intermittat
accessus eius differre. n. hec et tui adeundi copiam adimere:
uel ministros habere quibus liceat te conuenire uolentibus
aditum prohibere maximarum rerum id est occasiones mi
rum perdere: et temporis quod est omnium primum
iacturam facere. Importuna demum ignauia rem suam
euertere: plerunq; .n. his admonitis nuncys et docti impe
ratores ad ea paruo momento temporis uenire potuerunt:
que rebus omnibus apprime usa sunt profuisse.
Si forte e regione hostilis ualli castra tua ponere tibi necesse erit:
curare debes ut prima luce milites cibum sumant. Nam si pene
te esse animaduerteris: ut ad arbitrium cum libuerit instruc
re aciem et ad pugnam educere possis: tum ut commodum
erit tibi cibum cuiq; sumere mandes sin autem eo discriminis
uentum esset: ut uel ob situm loci: uel ualli fossaq; infirmita
tem uel quauis alia de causa in hostibus uideatur esse: munitio
nes exire: infestum ducere agmen necessitatem denicq; tibi arma
sumendi et contra pugnandi inferre: res non erit negligenda:
quin diligenter curandum: ut dato signo prima luce miles tuus
cibo firmetur: nec forte preuentus ieiunus arma cogatur ar
ripere et pugnam inire. Miles .n. mediocri cibo firmatus: non
tamen ad satietatem usq; repletus robustior atq; ualidior ad
dimicandum efficitur Qua re neglecta: sepe pessime pugna
tum est militi uiribus ob mediam destituto: presertim ubi p̄
lium non leui certamine sed grauiter toto die pacto uenit ad
exitum.
Verum si quando trepidatione ulla ut fit orta: meror aliquis
militum animos occupasse uideatur: siue q hostibus accesserit
auxilia: siue q ulla alia de re aliorum conditio potior ac pre

stantior possit existimari: tum maxime decet imperatorem hilaritatem atq; leticiam pre se ferre et animum in exterritum fingere. Vultus n. faciesq; imperatoris: conformes sibi solet animos reddere militum: et similitudine sui eos afficere penitus leto namq; imperatore ad spem confestim erigitur miles: nutus nihil tam aduersi nihil periculosi impendere contra si pauidus uideatur et dolens concidunt animis protinus omne perinde Qua de re satius numerum est atq; magis ad prudentiam imperatoriam attinet: fronte orisq; habitu multitudini leticiam machinari et alacritatem suggerere animus q̃ merore delectos oratione et uerbis solari: plerūq; ꝛc. orationi fides haud habetur. Q̃ pro tempore de industria potest confingi. Oris uero statū atq; fiduciam quisq; maxime intuetur et simulationem abesse ratus abacta formidine animo confirmatus. Sane utrunq; tenere optandum est: idest oratione cōmode cum opus est scire uti: et sese eusmodi gerere: uti res et tempora exigere uideantur.

erum quemadmodum expedit formidolosum exercitum oratione uultuq; erigere: et spei implere sta quandoq; terrorem ei incutere non parum conducit: quando ignauie et segnicie deditus. Imperatori et reliquis ducibus contumaciter non obsequitur tum itaq; commemoratione periculorum: et solertie hostium mentione terrendus est: quo pacto non meticulosum tuum militem reddes: sed cautum. Vt ꝛc. eget animus: merore delectus obtentu spei bone excitandus surrigendusq; est. Sta lassuus: et mertia intemperans: contrahendus terrore castigandusq; est. Quo fit plerunq;: ut meticulosi et timidi formidine posita fortes efficiantur: contra audaces confidentioresq; prudentes et cauti. Potest autem horum utrunq; euenire: ut miles tuus tum reformidet atq; metuat hostem: ut nequaq̃ sibi ulla in re audendum esse existimet: uel usq; adeo contemnat

et parumfaciat: ut sibi ampluſ cauendum non arbitretur. Iccirco utriq; rei te debeſ apte accommodare: et rationem habere rerū ac temporum ut tibi opuſ ſit timentem te et futuri prauidū tum ratione tum uultu oſtendaſ: aut impauidum et fidentē uti profuturum intelligeſ.

Auloante congreſſum et pugnam quando maxime anceps fu turi prelij exitus: ſuſpenſum atq; ſollicitum militem habet expe rirī debeſ ut uel clandeſtino quodam impetu et inſidijs: uel leui aligna paucorum pugna: aliquem ex hoſtibuſ capiaſ: his potiſſi mum qui deſertis ſtationibuſ pro caſtris ſolent longiuſcule ea gari: quoſ ſi conſpexeris corpore eſſe ſtrenuos animoq; interri tos: eueſtigio: extingueſ: uel iunctos his tradeſ diligentiſſime aſſeruandos: quibuſ hoc cuſtodiarum negocium demandatum eſt: udebisq; et a nemine eos adiri permittunt: ſin pauitanteſ et omnino inſtrenuos uideris in tabernaculum tuum raptim ad duci iubeaſ: quoſ torui ſ oculis: triſti ac tetrico uultu uerbisq; mi nacibus: ita exterrefaciaſ: ut ſuppliceſ iam et lachrymoſos atq; ſibi timenteſ ad conſpectum copiarum iubeaſ trahi ſimulq; con cioneris ac oſtendaſ militibuſ q̄ inerteſ q̄ abiecti q̄ timidi q̄ nul luſ ſit hoſteſ precy quibuſ cum eſt dimicandum: quippe qui tantopere mortem horreſcant et ſibi diffidant: et prouoluti genibuſ tam turpiter et nideore mortiſ periculum deprecen et aduerſariorum implorent miſericordiam erigi. n. tum ani moſ militum neceſſe eſt: et puſillanimitate et mollicia hoſtiū prendicium facere. Eiuſmodi captiuorum turpi ſpectaculo: ſi. n. quod quiſ nondum uidit: ſperat tamen quandoq; magiſ adducetur re uera et compenſatione ſpei: qua timor et diffi cultaſ facile tollitur.

Nonam uero multe diuerſeq; ſunt forme aciem et ordinū quod ſit tum armorum uarietate tum uſu inſtitutioneq; mi litum: tum ſitu locorum tum aduerſariorum condicione

horum ommum peritum esse imperatorem oportet: ut singulis opportune uti possit. Que autem multiplici armature generi ad instruendam aciem conuenire possint: preter ea que ipsa rerum temporumq necessitate excogitari poterunt: summatim percurram Equitatum itaq tuum non ut tu uoles. Sed ut tempus et status rerum te coget dispones equites. ic. tuos opposite ad equitatū hostilem statues. Verum quoad fieri potest eo modo locabis quo solent instrui in cornua acies ut et ad frontem et ex lateribz spaciosioris loci commoditate freti expeditius possint prodire equestriq mimere uti: nullis post se ordinatis: qui possint esse eis impedimento. Veluti sunt autem iaculatores et ferentarios: sagittarios denum ac funditores: primos in phalange locabis: nam si pone sequentur: magis suos q̄ hostes male afficient: sin medy inter ipsos statuentur irritum erit eis peculiare pugnā di officium: quippe qui nec pedem referre cōmode possint ob iaculorum pilorum ue fiursum: nersius porrectionem: nec de cursu ipse iaculari a precedentibus p̄peditis: multo uero minus funditores poterunt in gyrrum torquere fundas atq tela emittere circūquaq militibus obsistentibus in quos circum lato funde offendens: his magis q̄ hostibus damno erit. Sagittary quoq precedentes reliquos in ipsa hostium corpora ueluti ad signum recte īmittent: sin postremi aut intermedy: fursum uersum sagittare cogentur: quo pacto uis ipsa telorum superiora petēdo consumetur in cassum: rursus uero dum deorsum ad capita hostium deferentur: iam remisso et inualido ictu minus nocebunt.

Si autem contingat pugnam his in locis cōmisti: quorum pars humilis et plana sit: pars collibus tumulisq misurgat: tum leuis armature militem maxime in aspretis atq durioribus locis statues: rursus si campestribus locis abste occupatis: hostis eminentiora optineat: huc leues milites adduces: ut qui facilius

iaculari possint: simulq; pedem referre per loca asperiora accluaq;
subire cursu expediti et strenui. Intermittatur uero aliquid per
acies internalli: ut si forte hostibus adhuc congredi atq; manum
conserere cunctantibus usu euenerit: tela militum iam emissa at
q; atq;. exhausta: esse conuerso composite atq; imperturbate agmi
ne in subsidia et postremas partes restituantur: nam totum am
bire exercitum et in cornua deflectere: ne utiq; tutum est quia
possint interea ab hostibus preuenire: et primisq; reliquo exercitu
coniungantur: sequestrari: rursus per densas copias arte ferri:
atq; proinde in arma incidere perturbationem affert et ordines
disycere potest: contra uelitum in hostes per cornua incursiones:
plurimum hostibus ipsis nocere possunt ut qui transuerso iaculari et pi
la mittere ac proinde nudas corporis partes ferire queant fundarū
denuq; usu: perniciosissimum omnium est: horum quibus uelites
uti solent: nam plumbi color: colori aereo similis est: proinde olim
emissum plumbeum telum per aera fertur: latet hostiumq; corpo
ra improuiso atq; incaute petit. Illationis uero ui atq; agitatione
defricationeq; propemodum ignitum ardensq;: uehementer ferit:
penitusq; ingreditur: nec concerni potest: q labra uulneris eue
stigio claudiuntur: et tamq; conuiuere uidentur:

¶ Si hoc genere teli et uelitum ope tu quidem cares. hostis autem
maxime prestat: primos acies tue densos confertosq; produre in
beas: gestantes clipeos magnos: quibus possint toto corpore tegi
reliqui uero qui hos sequuntur ordine ad ultimos usq;: sublatis
supra capita clipeis: hoc pacto tantisper proficiscantur: dum
intra iactum telorum ueniant: in hunc .s. modum contecti
nullibi ledi poterunt: emissione telorum: sin utrisq; adest huius
modi uelitum auxilium: tum tui primi iaculentur in hostes am
bo ad confertionem manuum ueniatur: uel post congressione
copiarum hostem transuerso adorti urgeant telis artantur. n.
et in modicum compelluntur: et infestatione missilium tumul

tuari cogūtur hostes.

1 uod se deuitare uelis ne hostis te circūueniat noli tam ob longam protendere aciem: ut ommino infirmior tenuiorq; efficiatur: quī facile possit hostis disrumpere: ac inde sibi transitum comparare: nec ampluſ per anfractus atq; circuitus uadere. Cum datis transitibus ac ordine tuorum disiecto adoriri eos post terga possit: quod quidem non modo cauere debes ne tibi eueniat uerū etiam querere ut hostibus ipse inferas.

t si quando tenuem atq; infirmam uideris aciem peditum: nō adeo usq; contrahas atq; in basim artes ut eam hostis facile possit amplecti et undeq; concludere minimas tantum oportet postremas partes: nec minus constituti: nouissimus. n. atq; subsidiarius miles: ita insinuationes huiusmodi hostium prohibere potest: ut hi qui in alas et cornua protenduntur: modo tu sis futuri prouidus et explicata postrema agminis parte lateribusq; promotis: utrinq; conuersum militem aduersus hostium aciem statuas: aut his mandes: qui iam ante ab hostibus circumdedita sint terga tergis precedentium accommodent ac pugna ancipiti certent.

f Olertis uero imperatoris erit ubi aduersum multitudinem hostium se cum paucioribus pugnaturum animaduerterit: dare operam eiusmodi loca sibi deligere uel uxta ripas fluuij: uel sub montes et supercilia: ubi aciem instruere possit: et ipsa natā loci hostes arcere: quominus amplectantur et circūcludant aciē ipsam: pauci. n. occupatis eminentioribus et preruptis locis: cohibere facile possunt hostium impetum: molientium circūuenire pre multitudine. Qua in re non modo imperatoris prudentia et consilio opus est. Sed multo magis fortuna forte fortuna. n. plerūq; accidit: ut loca huiusmodi ere nostra adipiscamur: neq; penes imperatorem est qualem uelit sibi locorum situm efficere. Sed de presentibus melora deligere

et que sibi usui futura sint cogitatione prospicere prudentiusq̃
est.
ebriq̃ solent ingentibus copijs et multitudine freti in speciem se
micirculi instructi prodire: rati hostes se allicere posse: ut uel
uiritim congredi uelint: quo modo mouentes: sperant sensim cu
ruatis cornibus hemycidij et in orbem conuunctis: hostes intra oc
cludere: contra quos non pari figura et acie est eundum: quin
partitis trifariam tuis copijs: duabus partibus utramq̃ hostium
alam aggredi debes: tertiam uero instructam e regione sinus ho
stilis semicirculi sistere: neq̃ promouere: hostes uero si manere loco
noluerint in circuli forma hi presertim qui medium tenebunt
locum: nihil efficient. Quippe quibus facultas quodq̃ agendi adẽ
pta sit sin mouere inceperint: dum sese consertim de semicircu
li fundo in rectum explicare nituntur: inuicem se comprimen
tes dissoluent ordinem: loco. x. manentibus his qui per reflexa
latera tamq̃ in cornua dispositi sunt: atq̃ pugnantibus semicir
culus ipse ne utiq̃ poterit in rectum deduci: soluto utiq̃ ordine:
turbatos iam triaria illa parte inuadere: et ex sinu curuato
tumultuarie mouentes adoriri debes. Verum si hostis in con
uexo ĩmotus prestet e contra leuis armature milites atq̃ iacula
tores locabis: qui telorum in eos obruant: adhec si transuersa
acie totis uiribus utrimq̃ hostes aggredieris: et aduersus hãc
semicircularis apparatus figuram moueris: nequaq̃ erraueris:
hostes .x. prohibiti diu tecum omnibus copijs congredi in singu
los partientur: et hi tantum qui per latera dispositi sunt: pmi
pugnam mure cogentur: ob transuersum copiarum tuarum
atq̃ obliquum in eos impetum.
eterum nec erit inutile: ut instructa prius quandoq̃ tanq̃ ad
pugnam acie: deinde quasi exterritus pedem referas: ordine
q̃ seruato similem fuge recessum simules: rursus ad insequẽtes
conuersus manum conseras nõnunq̃ .x. opinati hostes aduersarios

exercitum pauescentem fugam cepisse pregaudio insultant soluto ordine: et certatim incumbunt: ac alij alios preuenire contendūt contra quos conuersum pugnare: citra periculum est: et ipsa sistendi fiducia preter spem hostium euenens: trepidantes hostes ac dissipatos in fugam uertere poterit: tametsi paulo ante insolenter insequebantur.

Abesse item oportet selectos aliquot milites qui extra acies instructi: tamq̄ triarij laborantibus opem atq; subsidium prestent; et de quibus auxilium ubi usus sit depromere facile possis magnopere .n. prodesse possunt: si fessis accedant integri: quippe qui et laborantibus tuis succurrere commode possint: et hostibus iam solutioribus et debilitatis: recentes ipsi uigentesq; ualide ingruere.

Illud quoq; non fuerit ab re: quum admodum utile: si quanto tibi indebitur spacio e copijs tuis selegeris aliquot: qui clam hostibus sese alicubi occultent: quibus precipias: ubi instructa acie prelium inieris: dato a speculatoribus signo: excitati propere moueant. Quod tum maxime faciendum erit: cum auxilium expectatum uisum est in tempore non uenisse rati .n. hostes id esse militum: quos auxilio tibi futuros prestolabare: forte tuis adhuc mouentibus et priusq̄ in reliquum exercitum se īmisceant: ipsi uertentur in fugam: non tot quot re uera sunt eos existimantes sed longe plures: præsertim quando si in ipso rerum discrimine non expectati appareant hostes imperitos rerum terrere solent: et animis pauorem injcere timent .n. nequid eis eueniat peius ac proinde formidolosi opperiuntur euentum rerū. epentina quoq; in hostes post terga irruptio: formidolosissima et efficacissima omnium est. Quando rem si fieri potest: mittenda est noctu manus aliqua militum: qui transuerso itinere pretereant hostes: seq; per insidias post eos collocent: collatis autem signis iamq; mito prelio ipsi citatam ex insidijs nouissimū

hostum agmen adoriantur: qui undiq; circumuenti: etiam si qua spes
salutis ex reliqua esset: minime se fuge committere audebunt: quippe
qui nec referre gradum: nec ante ferri commode queant: aduer
sarys undiq; urgentibus.
nudescente pugna: et cunctis utrimq; rem strenue gerentibus: ob
equitando tuos horrere simulq; inclames si forte in dextro cornu
es: leui cornu aciem uincere hostemq; profligatum: sin in leuo
es dexteram aciem tuorum uincere duces: siue res ita habeat, siue
non. Mendacio. n. uti ubi ingens pugna excita est: non erit ab
re. Preterea si imperator hostium: seu rex sit: paulo remotus uer
satur: siue in altero cornu: siue inter mediam aciem: uoce sub
lata cecidisse eum affirmes. Ita ut id etiam hostes ipsi audiant:
quo nuntio accepto tui alacriores duplicatis animis rem gerent:
hostum animi deycientur: simulq; desperatione adducti in fu
gam se uertent: hec ratio plerūq; profuit. Idest ut simul et ho
stes fallas: his quidem perniciosa illis autem salutaria falso erū
cians.
Apientis quoq; imperatoris est: fratres cum fratribus: et cum
amicis amicos ordine iuxta locare: quando. n. ante oculos is
in discrimine adductus uidetur: quem ipsi amamus studio
sius propugnemus eum quouis periculo posthabito amore im
pulsi necesse est: ceterum cum qui se amantem defendi uidet
pudor iuxta subit uereturq; nec ubi uicem amori rependere spon
te negligere uideri possit proinde suppudet se eum qui de se
optime promereatur destituere et ad fugam turpiuscule uerti.
ussa quoq; tessere atq; signa: prefectis copiarum et ducibus p
mo dari debent. Singulos. n. adire et cuiq; huiusmodi impe
rare rudis et admodum imperiti imperatoris est propterea
q; dum imperata singulis dantur tempus absumitur: tumul
tusq; interea oritur: cunctis uicissim rogantibus et cuius
modi sint imperata scire queritantibus accedit preterea

q̄ nōnulli addunt aliquid imperatiſ uel ob ignorantiam detra
hunt: Quamobrem ducibuſ atq; prefectiſ primo dari imperata
oportet: Illoſ deinde referre hiſ qui ſibi cōmiſſi ſunt: et illiſ or
dine reliquiſ: et hoc quidem pacto ad ultimoſ quoſq; ſigna
atq; imperata deducere. Non .x. modo celeriter? uerum etiā
compoſite et quiete ad omneſ demandabunt. Id quod par
ratione ſignuſ per ignem dandiſ ſeruari ſolet prima .x. face
ſublata: ſecunduſ ſigno accepto idem ad tertium edit: ad
quartum tertiuſ: et ille ad quintum: quintuſ quoq; ad ſex
tum: et ad unum ucibuſ paribuſ omneſ: ut breui tempore
per lungaſ intercapedineſ: ſignum a primo acceptum ad ex
tremum ordine et imperturbate peruenerit.
Ignum quoq; illud quod tertio loco poſt imperata et teſſerā
dari debet: ne uoce edatur: ſed uel geſtu corporiſ: uel nutu
capitiſ uel manuſ motu uel armorum colliſione uel haſte uer
ſione uel denicq; henſiſ uibratione: ne forte concitato tumul
tu non ſolum teſſere excipiende miles intendat: ſed etiam ſi
gno: teſſeram .x. hoſteſ quoq; poſſent cuiuſmodi ſit accipere
quam crebro dari audire poſſint: ſignum uero preterq̄ q hoſ
te clam dari poteſt: etiam maxime conducere uidetur ad
cognitionem alienigenarum: qui diuerſa lingua uobiſcum
ſociali iure deuincti ſint et una militant: qui cum nec ipſi
dicere: nec alyſ dicentibuſ alienam linguam intelligere que
ant: edicione ſigni diſcernere poterunt: quid ſociale et pacā
tum: quid uero hoſtile ſit quequidem dari diſtribuiq; debēt
non iam pugnaturiſ: et per acieſ inſtruendaſ ad incertaſ uo
ceſ tumultuantibuſ: ſed multo ante per ocium et quietem.
andabiſ quoq; militi tuo: ut tum inſecutioneſ tum receſſuſ or
dine faciat: nam ſiue male prelati: retrorſum uerſi: minuſ
ledentur: quiq; quoſ hoſtiſ non fuſoſ paſſim neq; palanteſ ſin
guloſ opprimere quibit: ſiue victoreſ hoſtem fuſum fugatūq;

insequuntur: pessime eum afficient et ualidus oppriment: turmatim confertimq; procedendo adde et tutus: plerūq; .x. ubi hostis fugiens aduersarios post terga uidet passim et nullo ordine ferri uno consensu redactus in aciem retroq; conuersus impetu facto acriter insectatur. Quocirca nihil existimes melius nihil salutarius nihil tutius q̄ ordinem seruare et loco persistere rursus nihil periculosius atq; perniciosius: q̄ ordinē dissoluere atq; deserere locum.

ut tibi cure fulgentem atq; armis illustrem exercitū ducere: quod facile factu tibi erit: hortanti milites enses acuere: galeas thoraces et reliquam armaturam abstergere. Nitor .x. ac fulgor armorum formidolosum rectis aciebus aspectum et ingentem terrorem ingerit hostibus: atq; animos eorum conturbat.

roducas insuper agmen: tum uociferatione: tum clamore quādoq; et cursu: eusmodi .x. facies rerum clamores strepitusq; armorum: clangorq; tubarum mirifice stupefacit atq; extergitat hostium animos.

Bi proxime uentum est ut mox cum hoste conseras manum: paulo ante milites tui strictos enses: sublimes aduerso sole quatiant crebro: absterси .x. enses lucidiq; mucrones: uicissitudine splendoris ad relucentes radios et micantem solem: fulgur quoddam terribile belli ostentant. Que et si hostis pariter pre se ferre uidebitur: respondenter tamen ysdem tu eum terrere debebis sin minus ille: at tu eum preterrefacias necesse erit.

nstructis apparatuisq; utrinq; ad pugnam copijs: non statim mouere debes: studio scilicet preripiende pugne: continere autem interea te propter' nullum: dum apparatum omnē conspicius hostium quot cuiusmodi quoq; sint: quibus demiq; in locis dispositi hinc et .x. ratione cōmodius rebus tuis consulere

poteris: quos quibus opponas quem in modum copias tuas statuas atq; disponas: ut optimum ducet medicum: qui exploratis prius atq; cognitis morbi causis: deincepsrremedia affert: ordinabis uero tu tuas copias uti maxime rebus tuis conducere intellexeris: sepe .n. cogitur imperator: conspecto hostium apparatu ad armaturam eorum: ad gentes ad mores hominu suas quoq; parare atq; instruere copias.

Si hostis equitatu preualet: et tibi commoditas forte datur: deuge aspera loca: angusta sumontana: et per que eques facile uadere nequeat: sin id haud datur pugnando tamtisper promoueas: quoad aptos tibi et idoneos nanciscare locos: q rei tue congruere possint: intra uero munitiones dimittes qui castris et impedimentis presidio sint ne animaduersa solitudine: hostis militem mittat: qui castra deserta occupet et impedimenta queq; diripiat.

Leriq; imperatores munitiones suas demoliuntur aut trayciunt fluuios: uel deniq; precipicia atq; rupes pone consulto relinquūt: ut scilicet milites perstando aduersarium superent: et victoria potiantur: aut funditus pereant: ut pote quibus euadendi facultas siquidem ad fugam inspexerint omnino erepta sit: hos equidem: nec laudare satis nec contra uituperare possum: periculose .n. consulto rem gerere: audacie magisq; consily est: et ad fortunam potius q; ad iudicium ipse retulerim: ubi .n. alterutrum aggrediare necesse est: ut pugnando uiribus omnibus: uel uictor euadas: uel uictus omnibus euertare: quonam modo uel uictoriam prudentie: uel calamitatem et cladem electioni atq; iudicio recte ascripserim. Mutibus et .n. quibusdam honoris atq; glorie studio periculose certare permittendum quandoq; puto. Q; si fortuerse cerint: haud mediocrem utilitatem rei pu[ce] sint allaturi sin infeliciter prelian sint: non ingentem inuecturi calamu

tatem.

ratem. Vniuersis autem copijs, Incerta dubiaq; fortuna: et an
cipiti contentionis euentu iacere aleam minime probo. Illi uero
mihi uidentur errare maxime: qui in hanc conditionem pugna
re uolunt: ut si uicerint: parum hostibus nocuisse uideri pos
sint: sin superati ipsi uictiq; sint: maxime sint rebus omnibus
offuturi: et nihilo setius eusmodi abuti stragem atibus non
desistunt. Atqui si exploratum iam est: et pro comperto habe
ri potest: calamitatem consecuturum nisi periculose certaris: et
hostem funditus peritурum: si semel deiectus sit: tum non mihi
uiderentur errare: qui fugiendi facultatem militi suo preclude
rent satius est de re incerta audendo: non modo calamitatem
auertere: uerumetiam ut hostes male afficias querere: q̃ ignaui
ter et inerter quietem agere ubi certior esse possis: si nihil ausus
sis: rem tuam penitus perituram esse.
ed non modo in eusmodi locis: ubi nulla sit certa fugientibus
salus: erum ubiq; et quacūq; pugnandi conditione: milites
admonere tuos et omnibus rationibus edocere debes: manife
stum ac certum interitum his impendere qui fugiunt: quan
do hostibus liberum est insecutioni insistere et nemine pro
hibente ad commodum possint aduersarios fugatos ac fusos
male afficere mortem uero atq; perniciem incertam his esse
qui pugnando perstant et se tuentur: quibus si persuaseris: in
re gerenda. eos qui fuge se dent proculdubio perituros: qui
autem perstent gloriose demiq; morituros esse: calamitatem
quoq; hos consequi qui deserant locum: non eos qui seruent
ordinem: his profecto in ipsis periculis fortissimis uteris. Optan
dum itaq; est militem tuum hoc pacto se persuasum affectūq;
tibi dare qui ꝛc. sic animati penitusq; affecti sint uel consu
matas adipiscantur uictorias: uel in parias incurrunt cala
mitates.
Cogita uero in ipso discrimine pugne consilia et repugnādi

aduersariorum consilyſ ex tempore adinuente rationeſ: amplo
rem nimirum gloriam admirationem imperatoribuſ et diſcipli
nam rei militariſ exacte tenentibuſ peperere: q̄ ea que presum
ptione et coniectura ante copiarum congreſſum exquiſita eſ
ſe uidentur: que ſingula ſignificare et de ſinguliſ precepta
tradere: haud facile eſt ut. ꝛ. gubernatoreſ paratiſ omnibuſ
ordineq̄ diſpoſitiſ que nauigandi dictat: e portu deincepſ
in pelagus ſoluunt. Verum ſi qua forte tempeſtaſ exoriatur:
non quod ipſi uolunt ſed quod facere cogūtur exequi mul
taq̄ fidentiuſ audere uidentur: atq̄ urgentibuſ undiq̄ perī
culiſ fortiter conſilia ſua opponunt: non tam memoria diſci
plinaq̄ nauigandi: q̄ ex temporaneiſ ſi que apparent occaſionī
buſ uſi: ita etiam imperatorem facere oportet copiaſ ita or
dinet: ita inſtruat atq̄ diſponat: prout uſui ſibi et rebuſ ſuiſ
futurum animaduerterit: at ubi tempeſtaſ belli ac moleſ in
gruat: quando multa ui quadam frangi et īmutari ſolent
atq̄ uaria adduci rerum diſcrimina: tum ad faciem preſe
tum rerum et ante oculaſ obuerſantium ex temporanea per oc
caſioneſ conquirat conſilia rationeſq̄: ut fortune neceſſitaſ magiſ
q̄ diſciplina et memoria ipſa ſuggeſſerit.
Imperatorem ipſum conſulte magiſ et caute q̄ audacter certare
oportet: uel omnino potiuſ abſtinere pugna. Non ꝛ. tantope
re pugnando prodeſſe rei pu^ce^, poterit etiam ſi inexuperabilē
quadam afferat fortitudinem: q̄ obeſſe penituſſi cadat: pru
dentia ꝛ. animi q̄ uiribuſ ac robore corporiſ magiſ preſtare
debet. Qua ſtrenuitate et uiribuſ corporiſ magiſ etiam mi
leſ poteſt grande aliquod edere facinuſ: prudentia uero atq̄
prouidentia ui: et deliberando rei p^ce^. opportune conſulere
imperatorem decet imprimiſ preterea neminem. Si. ꝛ. gu
bernator omiſſo clauo gubernaculoq̄ relictiſ: ea que ad nau
tas attinent ipſe faciat: id uidetur cōmittere: unde peſſum na

nus detur: Idem imperator committit: qui pretermisso consulendi
officio: et rebus omnibus prouidendi: ad militaria usq descendit
mima. Maiorum.x. dignitateq prestantium temeraria negligē
tia: irrita auxilia queq ficit quibus incolumitas rerum neces
sario sustentatur. Eiusmodi imperatori par uidem equidem arbi
tror: nullo prorsus interiecto discrimine: una rem p̄. eam euerti
debere: cum ipse ceciderit: nec salutem eius se extincto cuiq̄
cure futurum hunc rectius quis culpet ut ineptum imperato
rem: q̄ laudet ut fortem: qui .x. consilio et prudentia impera
torem gessit: felicitate sius auspicijs consecuta contentus: iure
gloriabitur. Contra qui adeo insolens atq cupidus est: ut ni
hil operepreciuum patrari ab se posse credat: nisi manum ipse
cum hostibus conserat: is non modo non fortis uerum audax
quoq et temerarius est. Quocirco in uulgus ferat pre se studio
contemnendi cuiusus periculi ex animo duci: quo militem ani
met et ad res capessendas promptum alacremq reddat: cer
tet autem ipse caute: et mortem quidem despiciat: atq malit
uita primari q̄ calamitate ulla accepta turpiuscule supereſſe.
Salus autem rebus salno exercitu: uite quoq sue prospiciat
sepe .x. rem feliciter gestam imperatoris mors interlemens
minuit: ubi .x. hi qui male preliati sunt: hostem imperatore
destitutum acceperunt: instauratis animis insultarunt e di
uerso hi merore affecta animos dejecerunt: qui et si feliciter
preliati sunt. desiderio tamen imperatoris elanguerunt.
d imperatorem id quoq imprimis attinet: dum pugnatur: ob
equitare aciem: preliantibus se ostendere eos qui fortiter rem
gerunt laudare trepidantibus ferre opem: supplere defectus:
si qua usus est deducere copias: tempora obseruare: occasio
nes preripere: futura conjcere: receptui cam iubere:
uocatis e pugna militibus: dijs īmortalibus sacra faciat: sup
plicationes decernat pompas agat: ut pro tempore uti libebit

pollicitus grato animo reduturum: que rite post bellum confectū
et paratam victoriam exolui fas sit deinceps honoribus mune
risq; eos donet: quos probe rem nauasse acceperit: et de morte
benigne atq; liberaliter prosequatur. Ignauos autem et merte pe
na ignominiaq; afficiat: honores uero eusmodi fortibus habeat:
qui patriis moribus sunt probati preterea que ex ipso debent pro
ficisci imperatore munera: hec sunt: armature: insignia, spolia,
decurie centurie prefecture, ducatus aly quoq; eusmodi magi
stratus. Verum prestantioribus uiris et magistratus gerentibus:
ampliores haberi debent honores priuatis autem decernantur
minores: hec et si liberaliter et benigne pro meritis cuiusq; dari
consueuerunt: irritamenta preterea ad uirtutem sunt: ceteris
qui huiusmodi bonorum sunt cupidi.

Bi uero bonis premia promeritis rependuntur malorum aute
supplicia nequaq̃ dissimulantur. Vniuersum exercitum optima
spe affici est necesse: aly .x. timentes penarum peccatis abstinēt:
aly bonorum studio ducti: amplectuntur uirtutem.

Victoria uero potitus aliqua: non modo singulis militibus uiri
tim dare premia rei bene ab se geste debebis. Verum etiam
uniuerso exercitui laborum suorum fructum aliquem ex ho
stibus elargiri benigne: permittes quoq; militi castrorum impedi
mentorum et oppidorum si qua ultro belli in tuam uenerint po
testatem: direptiones urbium denicq; preterq̃ si forte de eas con
siliis quicq̃ foret deliberandum hoc .x. rebus omnibus uehe
menter conducet: presertim si bellum nondum confectum cō
sumatumq; est: eusmodi namq; emolumentis atq; compendiis
penitus allectus miles: promptiorem se animatioremq; ceteris
in rebus prestabit ni pites: uenatricas quidem canes sanguine in
testinisq; capte fere illecebrari a uenatoribus utile esse. Victori
autem militi deuictorum bona in predam dari non expedire.

Irpiendi autem potestatem militi tuo nec semper nec aduersus

omnis passim concedes: corpora uero minime in direptionem
uenire permittes que abste uenundentur: siquidem pecunia publi
ce opus est: et ingenta sumptu. Qua in re quecūq; uel agi uel fer
ri possunt: ad te conuehi palam educes: optime. n. tu constituere
potueris temporum atq; rerum habita ratione an cunctam pre
dam retinere an patrem: an deniq; nihil debeas: non. n. ere est
in bello gerendo erarium publice pecunia abundare et emolu
mentis in dies obuenientibus militem fraudare quando preser
tim ob ductorum opes et locorum felicitatem emolumenta mi
li largius et benignius impartiri possint.
Aptuos uero bello adhuc stante: ne occiduo presertim eos ad
uersus quos bellum primo susceptum est etiam si forsitan uide
rentur socios occidendi: minime autem omnium hos interimere
debes: qui auctoritate apud hostes prestant et illustres insignesq;
gloria sint recordatus incerte fortune atq; uarie et mutabilis
sortis: que plerumq; amat rebus feliciter gestis inuidere et compa
rate glorie obtrectare commutare autem potes et ys reduis: siue
oppido aliquo potiri: siue amicos captos redimere: quorum tibi
mgens sit desiderium. Verum huiusmodi commutationem hosti
bus recusantibus iure tum pariter ulciscens illorum iniuriam.
Xanclatis demum periculis et per magna rerum discrimina
victoria parta extricantur militibus tus epule celebrantur
discūbendi ordine loci. Instituantur ludi et laborum permit
tantur laxamenta atq; remissiones ut explorato iam victorie
exitu: et his cognitis quibus per victoriam frui liceat: equa
miniter tollerare discant difficultates et discrimina belli.
respiciendum deinceps erit tibi et uehementer curandum:
ut desideratis exequie magnifice exoluantur: ne tempus ul
lum aut horam aut locum aut periculum euaseberis siue
uiceris ipse: siue uictus superatusq; sis: nam ut puum mortuis
iuxta exequi: et per religionem rite inferias agere. Ita magno

pere utile superstitibus: et omnino necessaria res est pietatem
hanc erga defunctos tuam ad suos ostendere: quisq; .x. maxīe
de se iudicat et uaticinatur atq; rem egerrime fert tanq̄ se
pultura caruturus si pugnando ceciderit: ubi animaduertat
ante oculos iacere cadauera: et prope per contumeliam et cō
temptum imperatoris: busto et humatione priuari.
¶ Quam uero uero pugnando calamitatem acceperis: obseruabis
diligenter occasionem nanciscī ulciscende cladis atq; delendi
dedecoris hoc maxime solaturus militēs tuos: qui tibi reliqui sal
uiq; sunt: solent .x. plerunq; qui uictoria nuper potiti sunt: ne
gligentius dissolui et incautius rem suam tueri: qui .x. hostes ni
mis contemnut. Is pariter se merlem et incautum efficit. Quam
obrem plerūq; felix rerum successus magis nocuit: q̄ accepta cla
des: qui .x. aduersante fortuna semel lapsus est: euentu iam edo
ctus atq; erroris admonitus: deincepſ cautior degit: contra
ne scit modeste se continere in rerum prosperitate: qui non
dum est expertus aduersa nec si uincat is eandem affert p
iudentiam nequid detrimenti faciat: quippe qui insolenter
negligit: quam utiq; attulisset: ut hostes incautos atq; segnes
malis afficeret: timere .x. ubi opus sit et tempus hoc postulet:
prouidentis sibi caute est: contemnere uero omnia et abre
pariufacere: audacis quidem sed eius qui se cuiuis iniurie ac
cipiende opportunum et habilem reddat.
¶ Inducias pactus es: caue interea in hostem irrumpas: nec
propterea tu ipse incautus sis. Sed quoad hostes: ita quietem
agas ut in pace: quoad te uero ita tibi prospicias nequid ac
cipias aduersi tanq̄ si bellum gereres par .x. est induciarū
tempore: nec priorem quicq̄ preter ius fasq; hosti inferre:
nec incompositum te omnino et inermem esse: quin pre te
feras tibi cauere et hostium insidias simultatemq; suspican
tem. .x. incertiq; sunt eorum: quibus cum fedus percusseris

ſenſuſ. Quamobrem in te ratum id eſto: nullam uelle te inferre
iniuriam ad uſiurandum per fedus ad actum: hoſtibuſ autē
nolle credere ob perfidiam. Quo pacto cautuſ ſimul prouiduſ
q̄ uideberiſ: qui ne uolentibuſ quidem hoſtibuſ fedus frangere
inuadendi tui occaxionem reliqueriſ.
ui nero ultionem iniurie quam accepturi forte ſint: ad deoſ
immortaleſ reijciunt: hi tametſi pie ſentire non tamen in tuto
rem ſuam locare mihi uidentur' ſtultum .x. admodum et ab
ſurdum eſt: propterea abſte pericula non propulſare et tibi
minuſ proſpicere q̄ ſpereſ perfidie et fracti federiſ penaſ eoſ da
turoſ: qui te irreligioſe damno maliſq̄ afferent: haud ſecuſ
atq̄ ſi tibi ſaluſ incolumitaſq̄ redditura ſit ſimul atq̄ hoſteſ pena
affecti ſint: quando preſertim licet tibi rebuſ tuiſ ſaluſ impie
tatem hoſtium experiri et deprehendere: quo pacto tu quidē
inſidyſ petituſ perfideq̄ tentatuſ haud lederiſ hoſtiſ uero im
puſ arguetur eſſe. Jam te leſiruſ ſi potuiſſet.
mutatibuſ que ſponte tibi conceſſerint et per deditionem in po
teſtatem uenerint tuam humaniter et clementer uſuſ allicieſ
reliquaſ: ſpe .x. eadem que ceteri conſequendi adducti facile
ſeſe dedunt. Qui .x. ſimul atq̄ potituſ eſt urbium: acerbum
ſe et difficilem exhibet: diripiendo trucidando lacerando
ue ceteraſ urbeſ ab alienat: et ſibi bellum difficile et uictoriā
inſperatam reddit: quiſq̄ .x. maxime ubi uictorem inexora
bilem fore et iracundum inuictoſ exploratum compertumq̄
habet: queuiſ agere patiuè maiult q̄ ultro ſe dedere: nihil
n. tam animoſ generoſitatiſ ſimplet: q̄ timor impudentiſ mali:
quod quiſq̄ ſi cedat ſe perlaturum intelligit: credita quoq̄
calamitaſ euentura: ſiquiſ ſe ſuaq̄ ſponte prodiderit ingentē
ſolet animuſ cupiditatem repugnandi inſerere: aduerſuſ autē
deſperanteſ periculoſa atq̄ difficilis eſt omniſ experiundi con
tentio: qui uero nihil humaniuſ et lenuiſ ſibi futurum ex de

dutione sperare possint: que si pugnando insperati essent: queuis
malunt pati contra pugnando. Vnde imperatoribus stultis pro
fecto et efferatis diuturne urbium obsidiones efficiuntur: nō
nulle etiam irrite et infecte nec minus periculose atq; fallaces.
Si qui tibi rem aliquam per proditionem nauassent promissa
et fidem seruare debes: non tam propter eos: qui pro his qui
futuri sint: ut intelligant eis deberi gratiam: qui partes
tuas amplecti maluerint et se facilius ad eiusmodi benefi
cia uertant: qui.n. proditoribus elargitur: magis ipse bene
ficium accipit q̄ dat. Quocirco ad referendam gratiam
huic generi hominum promptior sis: quippe qui non ultor
prodire urbis: sed tue patrie imperator constitutus sis.
Ad irruptiones autem et per proditionem nocturnas hostiū
opprimendorum occasiones: non omnino rudem et imperi
tum te esse oportet cursus motusq; syderum: plerūq; n. hoc
ignoratione irrita factas sunt insidiari uolentiū consilia.
Quandoq; n. forte aliquis proditor: tertiam seu quartam uel
quotāuis tecum constituit horam noctis: quam uidelicet
idoneam arbitratus sit: uel ad reserandum portas uel aliq̄t
interimendum ex custodibus urbis: uel demq; presidium
aliquod hostium ex improuiso opprimendum. Ignorata
deinde hora iam constituta in alterutro peccetur necesse
est: uel cuius q̄ oporteat accedendo: et inde prius q̄ pro
ditor rem curauerit ab hoste deprehendaris: uel prohibea
ris id consequi quod molim uideris: seu si serius prestituto
tempore uenias proditoris comprehendendi periendiq;
causam des: et tute tibi impedimento sis: quo minus rem ef
ficias. Quasobres te oportet cogitatione conijcere et diligen
ter considerare quid itineris quo spacio temporis tibi exe
quendum sit: deincepsq; meatus syderum contemplando
quid exegeris iam itineris: quid reliquum sit tecum exacte

computes: ut nec citius nec serius equo ad ipsam prestituti
temporis horam presto sis: et priusq; hostis te aduentare in
telligat: ipse iam intra menia sis.
erum si interdiu urbem seu oppidum aliquod per proditionē
capturus moueas necesse sit: per ipsum tempus profectionis
aliquot premutes equites: qui quotquot offenderint in uia
comprehendant ne quis ex agro cursu in urbem uenies:
copias tuas iam irruptura enuncaet: quin de repente incau
tis improuisisq; hostibus ipse instructa acie appareas: ubi uero
subito in eos nihil huiusmodi nec suspicantes quidem irrueris:
etiam si per prodtionem res agenda non sit: ex edicto certā
dum erit tibi pro uiribus: nulla intermissione interiecta: et
q̄ maxime properandum: ut hostem preuenias: siue castello
siue castris: siue urbi denicq; admouendum est: tum presertim
cum paucis pre es copijs et hostili manu inferioribus repenti
ni .x. et inexpectati impetus: q̄ preter opinionem eueniunt:
magnopere solent hostem mouere etiam si uiribus superior
sit: nam conspectis irrumpentium copijs et deliberandi spa
cio sumpto: recuperatis animis contemnere iam incipiunt
et rem fidentius gerere. Quo fit ut plerūq; primi impetus et
rei gerende inicia formidolosiora uideri soleant: q̄ tardius
le et per moras procedas. Quamobrem usu plerisq; euenit: ut
subitatio et festino impetu: hostem iam exterritum trepi
dantemq; facile coegerint: ut uel se sponte subyceret: uel
etiam miutus imperata admitteret.
Tin obsidendis urbibus: imperatoris maxime uirtus deside
ratur: militaris quoq; astus: et machinamentorum apparatus
requiritur: prospicere autem tibi debes: necubi incautiorem
te ipsi quos obsides opprimant et .x. qui se obsessos uiden y qd
mali sibi ingruat si neglexerint intelligunt et sibi accura
tius caueant: obseruantq; qua obsessorem ledere possint: qp

pe qui citra periculum se esse existimans: aliquid eorum que
proposuerat agit cum uult: qui autem in periculo se putat
constitutum esse: occasionem obseruat: quam nactus preue
nire contendit et aduersum hostem patrare aliquid. Quamob
rem oportet obsessorem fossa et uallo stationibus etiam presi
dyss quoqz castra sua munire: propterea q quidquid ipse pa
ret: quidue facturus sit hostis e muris uidet: contra q quos
tu obsides murorum obtentu tecti: ex improuiso plerumqz
effusi explicatiqz per portas: uel opera et machinamenta tua
incendere: uel milites tuos opprimere: uel quidquid eis in ma
nus uenerit perficere possint. Que minime aggredientur:
si propter portas tam magnas, q̄ paruas qua exitus de urbe
pateat: manum aliquam statuerit militum qui eusmodi repen
tinas irruptiones incursionesqz arcere possint: alioquin poterūt
occultis irruptionibus hoc sepe tentare.

Maxime autem tibi usui erit: se quecūqz tentare uoluerit no
ctu aggrediare: formidolosior. n. res ipsa uideri solet ut ad
uersus quos nita est propter tenebras. si noctu geratur: pro
pterea q quid fiat discerni non potest: quo fit ut atrocior
sit suspicio maioremqz trepidationem animus concitet: q̄ si
res cerni posset: unde motus quidam oriuntur atqz tumul
tus et mentis compos esse potest nemo: quin pleraqz fieri di
cunt. que minime facit hostis: cum per noctem intelligi
satis nequeat: qua instet ratione quibusue scalis: quid mo
liatur: discurritur uero passim huc atqz illuc: et ubiqz con
citantur clamores trepidationes: atqz turbulentissimi motus
timor. ꝛc. futurorum fallax uates: que in suspicionem uem
unt: hec ipsa futura esse uaticinatur: et quidquid noctu
agas tametsi parum sit horrendum his uideri potest quos
obsides: nullus. n. dicit quod uidet sed quisqz maxime qd
audit propter tenebras refert: et sicunde unus et item alter

murum ascendisse ex hostibus apparuerit: universas iam copias
muros occupasse ruti: in fugam iersi primus propugnaculisq; de
sertis abeunt.

Tsi opus aliquod manu perpropere expedire uis: primus omni
um tu manum affer: uulgus.n. non tam minis cōpellitur quod
uis agere: q̄ uerecundia reuerentiaq; maiorum mouetur: ubi
uero singuli imperatorem uiderint primum omnium operi ma
num industriamq; afferre: tum properandum esse intelligunt
et cessare eos suppudet: detrectare quoq; timent nec iam quasi
seruus imperio miles subditus egre affectus. Sed tamq; ad equam
functionem laborum uocatus: pudore adductus uenit.

uoniam multa atq; uaria sunt tormenta bellica: et ad quatiēdas
euertendasq; urbes diuersa machinamenta: tu non his omnibus:
sed quibus cōmode possis uteris. Non.n. est in me nunc singu
la precipiendo referre: quibus uidelicet usus sit. Arietibus mq̄
testudinibus: uineis: turribus: ballistis: pontibus: alysq; id genus
operibus et machinamentis: fortunarum.n. op'um: uirq; bel
ligerantium eusmodi sunt: artifices quoq; opificum et archi
tectorum: atq; ad ea construenda affabre ingenij et solertie.
Sed quod ad imperatoris prudentiam in primis attinet: illud
mihi uidetur esse: unam aliquam potissimum urbis seu oppi
di partem deligere: cui opera et machinamenta admoueat.
Non.n. facile possis totam ciuitatem ambire: et omnes eius par
tes tormentis atq; operibus aggredi nisi forte parvum et an
gustum oppidum sit: partitis igitur multifariam: ordineq;
dispositis tuis copijs: reliquas urbis partes oppugnare: et mu
ris scalas afferre iubebis: et undiq; cunes oppugnari se senta
ant: et huiusmodi rei difficultate tentari: nec satis consti
tuere possint: cui potissimum urbis parti succurrere debeāt:
siue.n. neglectis reliquis partibus: ei tantum intenderint: cui
tormenta admota sint: milites ad scalas dispositi: nemine pro

hibente: facile muros ascendent: sue partiti per omnes partes opem quisq; pro uiribus afferre constituerint: illi qui contra machinamentorum et operum uim oppositi erunt: tantam molem pugne: urgentemq; uehementius martem sustinere atq; depellere pre paucitate nequibunt. Quamobrem erit opere precium plures partes urbis pre te ferre aggredi uelle: ut diuerso apparatu uarioq; oppugnandi genere: uires ciuiū atq; consilia distrahas: atq; animos distinere possis et huc atq; illuc rapere et diuertere. Interea tu facilius illac ubi summa ope nixus intentusq; sis: ciuitatem opprimes et uti corpus aliquod occupabis.

erum si properes: et mature oppidum aliquod aut urbem aut castra et uallum expugnare contendas animaduertas autem iam tuos milites labore affectos defatigari: neq; rei tue expediat negocium intermittere: et militem remouere a pugna: partias tum oportebit in ordines tuas copias habita ratione copiarum numeri atq; amplitudinis urbis: tum prima uigilia incipiens equo prestito pugnandi tempore: una instructa acie pari spatio rem gerendam mihi: ei succedet itidem altera et tertia illi: quartaq; et quinta uicissim si tot opus sit. Interea uero dum una pugnant acie: reliqui quietem agant: et somnum capiant: nocte tandem exacta prima luce ordinem repetas: negocium q; per partitas acies uicibz distributum ad orbem continuetur. Qua ratione utrunq; sequetur: ut die noctuq; sine ulla intermissione pugnetur: et fessis integri uicissitudinaria refocillati quiete succedant. Nec arbitretur aliquis obsessos cures eodem uti posse consilio: eodemq; dispositos ordine: q̃ q̃ multi sunt pari ratione et uice imperturbate inelaborateq; repugnare: quisquis se in discriminis constitutum intelligit: et si copia indulgendi somno prestari uidetur: haud inducit animum: quippe

qui ingruentis periculi animaduersione uigilare compellitur: tāq̃
ciuitate peritura interea dum somno sese et quieti dedat.
Ducet fortassis quispiam. Quid imperatorem ne ipsum ex ada
mante uel chalybe conflatum fabricatumq; putas: ut omnibus
in rebus que uniuerso exercitui per intermissiones alternis uici
bus impartiuntur: solus perpetuo uigilet: et nūq̃ quieti concedat:
non equidem id ab eo efflagito: sed quieti interdum se dare som
numq; capere non impedio: modo id modice fiat et somnus
breuis sumatur. Atq; interea aliquis ex fidelissimis et fortissimis:
quiue existimatione secundas imperij partes obtineat: deligatur
et rei cuiunde preficiatur.
Nandoq; ille urbium partes que rupe quadam et precipicio
uel aliter natura munite sunt: maiorem occasionem oppugna
toribus urbis potiunde uise sint prestituisse: q̃ illa menia quibus
arte et manu robur et munimen est adiectum et propterea
inualidiora habentur: solent. n. que sunt natura munita negli
gentius custodiri: nullis excubijs munitum: nullis uel parum ui
gilys omnino adhibitis. Quo loco solers imperator: eiusmodi
fretus occasione excogitare poterit quid sit faciundum: in
ducetq; aliquot eorum qui audaciores sint tum premijs tum
etiam pollicitationibus: ut per ipsam loci difficultatem scalis
seu alioquin ascendere tentent quod si forte ascenderint: et in
tra muros clam uenerint portam aliquam urbis magnam uel
paruam occupent: et aperire pandereq; contendat. Magno
pere autem huic rei profuerit: si quo pacto tubicinem aliquem
foris per murum sursum attruxerint qui de repente occipiat
canere. Audita. n. hostilis de muris tuba: presertim nocturno
tempore ingentem cunctis terrorem incutiet opinantibus ur
bem iam captam esse et sese penitus expugnatos proinde tre
pidantes portas stationesq; quisq; deserent: et qua singulis cō
modum uidebitur passim diffugient. Quocirco religiosus

militibus rei exitum prestolantibus: facile iam erit repugnante oī
no nemine: uel effractis portis ingredi: uel scalis muro adhibitis
scandere: hac ratione possis imo quodam tibicine et hoc ipso
inerme: urbem aliquam capere perrupsq; ea potiri.
rbem si ceperis aliquam: que et multitudine et robore ciuium
urgeat: ut inde tibi timendum sit: ne ciues conglomerati cre
bris conuersionibus oppositi tuis repugnent: siue eminentio
bus locis obtentis superne tuos male afficiant: uel tandem in
arcem sese recipiant: unde posthac per occasiones irrumpant
eusmodi statu rerum edicas palam oportet eos qui arma ab
iecerint et sponte se tibi exuerint: minime ab milite tuo occi
di debere: quisq; n. id quod sibi cepto euenturum opinatur
prior ipse inferre uult et preuenire contendit: hinc plerig
hostes iam in urbem captam infusos sepe iam repulerunt: uel
si id minus facere potuere in arcem munitissimam se recepe
runt unde rursus laboribus et erumnis hostes afficere potue
runt: ut iterum obsidionem parare coacti sint duriorem
rem superiore: quandoq; etiam laboriosiorem permulta rerū
discrimina. Enimuero celebrato passim edicto tuo: cuncti for
tasse: sed plures certo arma abicient: qui n. hosti inuisi adeo
sint: ut armis experiri fortunam cupiant: in suspicionem
adducti: an idem secum reliqui sentiant ciues: ad armorum
abiectionem et ipsi ueniunt hoc fit: ut etiam nolentibus om
nibus: armis atq; uiribus uti: priuatim tamen quisq; mutua
et alterna suspicione commotus: dubitansq; ne solus relinqua
tur armatus: arma ponere properet. Angustia n. rerum ac
temporis: nouum excogitatum consilium palam fieri haudqua
q̄ sinit. Verum qui saluos se cupiunt et saluti omni opere sue
indulgent: q̄ diu nulla spes salutis oblata est et edicta: q̄ non
ex animo necessario tamen malis que sibi inferri uidentur:
repugnant: ubi uero uel paruam salutis spem sint adepti: tum

ſupplices ex hoſtibuſ facta obuiam ueniunt. Quaſobreſ eiuſmodi
educto etiam eoſ quibuſ rem ſuam armiſ uiribuſqꝫ tueri animꝰ
erat: ut arma abiciant plane adduxeriſ.
orſ que militi certanti accidit: nulla prorſuſ indiget conſo
latione aut miſericordia: quippe que uirtutiſ ſtudio et uin
cendi amore optegerit. At poſt partum uictoriam: urbe
iam expugnata et capta: uictoſ paſſim occidere: uictoribꝫ
ipſiſ miſerrimum eſt: atqꝫ ſtultitie et īmanitatiſ magiſ q̄ uir
tutiſ teſtimonium affert: nam eſto infeſtuſ infenſuſqꝫ uictiſ
debellatiſqꝫ ſiſ: non propterea arbitrari debeſ: uel tue exiſti
mationiſ: uel rerum omnino tuarum ullam iacturam facē
q̄ hoſteſ non ſimul atqꝫ oppreſſi ſint: ferro ſuccubuere. Po
teſt. per ocium omm repugnandi ſummoto periculo deli
berando conſtituere: quemadmodum hoſtem deiectum hēr
conuenat.
| deſperaueriſ eam quam obſideſ urbem poſſe ui armiſqꝫ ex
pugnari et capi: et proinde obſidionem diutiuſ ducere tibi
neceſſe ſit pariterqꝫ arbitreriſ diuturnitate et fame te urbiſ
huiuſmodi potiturum quotquot per regionem et agrum in
ueneſ: capiaſ: et ex hiſ eoſ qui tibi indebuntur ſtrenuitate
et robore corporiſ: atqꝫ flore etatiſ ad pugnam et certam
na apti ſecernaſ: quibuſ ut tibi commodum erit: et rebuſ
tuiſ intelligeſ expedire; utare. Muliereſ uero et pueroſ: ce
teroſqꝫ qui uel confecti ſenecta ſint: uel alioquin imbelleſ: et
imbecilli: in urbem intrare compellaſ: utpote qui eorum que
pro urbe tutanda deſiderantur: nihil omnino efficere uel
conferre queant. Verum ad conſumendum ciuiuſ alimenta
reliquiſ ciuibuſ adeo poſſint eſſe damno ut magiſ hoſteſ q̄
amici et ciues haberi poſſint.
Oſtea demuꝫ q̄ imperio tuo reſ feliciter geſta conſummataꝫ
ſit: ita ut bello confecto rebuſ omnibuſ adhibere finem

iam tibi liberum sit: noli te exhibere pro felicitate elatum
atq; acerbum. Quin potius clementem et mitem benignum
quoq; et promde cunctis amabilem. Illa .x. inuidiam par-
iunt: hec emulationem et studium prouocant: siquidem
inuidia est dolo ex aliorum bonis subortus emulatio non
studium imitandi inuicem aliorum uirtutem que tam in
ter se deferunt: ut inuidentis quidem sit optare ne cui
bene quippiam ueniat: emulantis autem cupere eque ea
posse que alij honeste sibi comparauere. Vir ergo bo
nus non modo patrie multitudinisq; armate erit optim⁹
dux: uerum etiam perpetuande propagandeue sue glo
rie citra periculum sapiens imperator atq; custos et mo
derator diligentissimus;

TM 6641

XV

LATINE MS SEC

ONOSANDER